138

113 Historia Ierosolimitana, *neatly written* MANUSCRIPT ON VELLUM, 139 *ll.* ($8\frac{3}{8}$ *by* $6\frac{1}{8}$ *in.*) *by an Italian scribe, headings in red, capitals in red and blue, with calligraphic ornamentation, green vellum* 1459

*** At the end of the table is written "Scriptum opus presens fuit per me Johannem de Camenago Mten 1459." The work itself occupies 134 ll. and deals with the history of the Mahomedans, the various inhabitants and sects of Palestine, its cities and holy places, and the history of the Crusades down to the crowning of King John of Jerusalem. Formerly in the collection of the Count of Archintea, whose book-plate it bears, and afterwards in the Phillipps' collection.



Count of archinti

4/8.5

Phillipps MS
24276

Incipit Rubrica ſeu tabula huius operis.

P[o] Cur dominus terram ſanctam varys flagellis et ſub alternis caſibus expoſuit cap. 1. fo
De varys generibus houm bonorum et malorum qui terram ſanctam inhitauerunt. cap. 2. fo.
Qualiter a duce Arabum. Homar diſcipulo Machometi eſt occupata terra ſancta cap. 3. fo
De Machometo. cap. 4. fo
De origine et uita Machometi.. cap. 5. fo
De peſſima doctrina Machometi. cap. 6. fo
De morte Machometi et eius ſucceſſibus. cap. 7. fo
De calipha Egyptio cap. 8. fo
De calipha occidentali marammulmelhno c. 9. fo.
De gentibus que legem Machometi ſuſcipere noluerunt cap. 10. fo
De turchomanis. cap. 11. fo
De Beduinis. cap. 12. fo
De his qui legem habent occultam. cap. 13. fo
De aſſaſſinis cap. 14. fo.
Ad quantam miſeriam uenerit orientalis eccleſia cap. 15. fo.
De uiſitatione terre ſancte per petrum heremitam et per occidentales populos. cap. 16. fo.
De peregrinatione cruce ſignatorum. et de his que ſuſtinuerunt in uia cap. 17. fo.
De obſidione et captione Anthiochie cap. 18. fo.
De pugna chriſtianorum contra corobagath.

et eorum victoria . cap. 19. fo
De obſidione et captione ciuitatis ſcte ſerlem. Capitulum . cap. 20. fo
Qualiter quibuſdam recedentibus alij qui remanſerunt xpianorum fines ampliauerunt c. 21. fo
De his ciuitatibus quas ſub Duce Gottifreddo noſtri ceperunt cap. 22. fo
De primo Rege Jeroſolomitanorum Latino Balduyno . et qualiter optinuit oppidum Aſſur . cap. 23 fo
De Ceſarea maritima cap. 24. fo
De obſidione et captione ciuitatis Accron . c. 25. fo
De obſidione et captione ciuitatis Berithi . cap. 26. fo
De obſidione et captione ciuitatis Sydonis cap. 27. fo.
De edificatione Montis Regalis cap. 28. fo.
De munitione dicta Scandalion et de morte Regis Balduini et eius ſucceſſore Balduino ſecundo . cap. 29. fo.
De quattuor principatibus quos noſtri ſibi ſubiecerunt . cap. 30. fo
De Ciuitate Edeſſa . cap. 31. fo.
De principatu Antiocheno . et de ciuitate Antiochie . cap. 32 fo
De principatu ſeu comitatu Tripolitano et de Ciuitate Tripoli . cap. 33. fo.
De principatu ſeu regno Jeroſolomitano capitulum . cap. 34. fo.
De ciuitate dicta Dan . cap. 35. fo

De Ciuitate Bersabee. — . cap. 36. fo.
De terminis et spatio terre acquisite. cap. 37. fo. et de Ciuitatibus maritimis.
De ciuitate Pharamia. — . cap. 38. fo.
De ciuitatibus Laris et Pelusio — cap. 39. fo.
De ciuitatibus Daron. et Gaza et Ascalona capitulum. — . cap. 40. fo.
De Azoto Goth. et hybellini. et Gibellino et Alba specula. et Accharon. — cap. 41. fo.
De Alijs munitionibus maritimis usque Tyrum Capitulum. — cap. 42. fo.
De Tyro et qualiter fuit obsessa et capta Capitulum — cap. 43. fo.
De ciuitatibus maritimis a Tyro usque Laodociam Syrie. — . cap. 44. fo.
De ciuitatibus mediterraneis quas nostri obsiderunt. sed non ceperunt. quasdam tamen sibi tributarias fecerunt. cap. 45. fo.
De obsidionibus Alapie. et damassi cap. 46. fo.
De obsidione Cesaree magne et Bostrensis ciuitatis. et de situ Yturee. et Traconitidis Regionis. — cap. 47. fo.
De obsidione chary. Alexandrie et Damiate — . cap. 48. fo.
De quibusdam munitionibus quas nostri in confinio terre sarracenorum fundauerunt capitulum. — cap. 49. fo.
Qualiter terra a nostris acquisita Regem et —

baronibus eſt diſtributa . — cap.m 50 . fo
De renouatione et ampliatione ecc̄lie oriētalis
Capitulum . — cap.m 51 . fo
De varijs religionibꝫ et diuerſitate regularium
perſonarum et de quarentena et monte Ca-
melli et mare mortuo . — cap.m 52 . fo .
De ſolitudine Jordanis et ſtagno Geneſareth
quod eſt mare Galilee et de Jordane . c.m 53 . fo
De Monte Tabor et de his qui in ciuitatibꝫ
regulariter uixerunt . — cap.m 54 . fo .
De ciuitate ſancta Jeruſalem et de patarcha
et ſuffraganeis eius . — cap.m 55 . fo
De Ciuitatibus Sabaſta . Tyberiade . et
Bethſan . et petra deſerti . — cap.m 56 . fo
De ciuitatibꝫ Nazareth . Ebron . et Lyda .
Capitulum . — cap.m 57 . fo .
De Abbatibus . et prioribꝫ ſub patriarcha
Jeroſolomitano conſtitutis . cap.m 58 . fo .
De Ciuitatibꝫ Nazareth et Bethelem .
Capitulum . — cap.m 59 . fo .
Iterum de Ciuitate ſancta Jeruſalem et
de Locis ſanctis . qui in ea continentur .
Capitulum . — cap.m 60 . fo
De dominico ſepulcro . et Monte caluario .
et monte Syon . — cap.m 61 . fo
De templo domini et templo Salomonis .
et Monte Oliueti . — cap.m 62 . fo .
De valle Joſaphat . et quibuſdam alijs .

Venerabilibus Locis . capm. 63 . fo
De Religione fratrum hoſpitalis ſcti Iohis
Capitulum . capm . 64 . fo
De Religione fratrum militie templi .
Capitulum . capm. 65 . fo
De Religione fratrum hoſpitalis ſancte
Marie teutonicorum in Ierlez . capm. 66 . fo
De hys qui de Italia . alamania . Francia
et de alys partibus occidentis in terra
ſancta comorabantur . capm. 67 . fo
De felicitate et proſperitate terre ſancte cui
diabolus inuidit . capm. 68 . fo
De corruptione terre ſancte per habitatores
religioſos . capm. 69 . fo
De corruptione prelatorum . capm. 70 . fo
De Regularibus irregulariter uiuentibus .
Capitulum . capm. 71 . fo
De his qui Pollani nominantur . capm. 72 . fo
De Ianueſib; . piſanis et uenetis capm. 73 . fo
De Surianis . capm. 74 . fo
De Iacobinis . capm. 75 . fo
De Neſtorianis . capm. 76 . fo
De Maronitis . capm. 77 . fo
De Arimenis . capm. 78 . fo
De Georgianis . capm. 79 . fo
De chriſtianis qui inter occidentales Sarra
cenos morantur quos Moxarabes appellant
Capitulum . capm. 80 . fo

De Iudeis et diuersis gentibus Iudeorum cam. 81. fo
De peruersis hominibus ad terram sanctam
confugientibus . cap^m 82. fo
De descriptione terre orientalis et his que in ea
mirabiliter fiunt uel continentur. Et primo
de terremotu et tonitruis pluuijs et
nubibus . cap^m. 83. fo.
De fontibus et fluuijs et varijs aquarum
naturis . cap^m. 84. fo.
De diuersis arboribus orientis . cap^m. 85. fo
De varijs et mirabilibus animalibus cap^m. 86. fo
De Serpentibus . cap^m. 87. fo
De Auibus et piscibus cap^m. 88. fo.
De Lapidibus pretiosis . cap^m. 89. fo
De mirabilibus hominibus et de scriptura Didim
ad Alexandrum . cap^m. 90. fo
Comparatio mirabilium orientalis regionis
ad ea que fiunt in alijs locis . cap^m. 91. fo.
De flagellis dei et angustijs populi et
amissione terre sancte . cap^m. 92. fo.
Cathologus Regum Ierusalem et de prelijs
eorum . cap^m. 93. fo
b Qualiter Sahaladinus ciuitates et munitiones
nostras optinuit . cap^m. 94. fo
a Qualiter Sahaladinus contra nostros pugnauit
et his eos superauerit . cap^m. 94. fo
Descriptio Sirie et partium eius
enumeratio cap^m. 96. fo

De commotione occidentalium populorum
et qualiter signati sunt. ad succurrendum
Terre sancte. cap^m. 97. fo.
De obsidione et recuperatione ciuitatis Accron
et de his que acciderunt in exercitu c^m. 98. fo
De morte Imperatoris Federici. et de aduentu
Regis francie. et Regis Anglie. et de
captione Accron. cap^m. 99. fo.
De hijs que acciderunt nostris post captionem
Accron et post recessum Regis francie usque
ad aduentum Regis Iohannis Ierosolomi-
tani. qui fuerat dominus Brennensis.
Capitulum. cap^m. 100 fo

.Finis .Rubrice.

Scriptum opus presens fuit. per me Iohannem de
.Camenago. Mlen. 1491.

here 1 leaf missing

qui admodum perpauci hieroſolymis ſedent:
haberent ne librorũ qcq̃: quod mihi legendũ
darent. Oblata ſunt nonnulla uolũinũ fragmẽta
et ea ſane confuſe ac perturbate ſcripta adeo.
ut multiſ in locis neq; intelligi poſſent neq;
legi. In quibus tñ ipis cum reperiſſem nõnulla
cognitione digna: cepi illico certo quodã ordĩe ea
pro captu ingenij mei redigere in uolumen ꝑ
ſingula capitula: que idcirco ad te ſcripſi. R.
ꝓtonotarie Iohannes Stephane Botigella: ut
intelligeres hunc Iohannem Mattheum quem
habeſ frẽm ſecundum carnem. te ſemper ubiq;
locorum mente fixum hr̃e aĩo obſuare et nihil
magis curare q̃ omnibꝫ in rebus tibi morem
gerere. Non enim eram ignarus tibi hiſtoriarum
copioſiſſimo auidiſſimo q; et humane diui(ne)
neq; ſapientie eruditiſſimo et eloquentiſſĩo
viro aut iucundum aut gratum fore ſi in-
telligere poſſes a quibus hominibꝫ terra ſacta
orientaleſq; ille regiones primũ reuocate ſint
ad religionem cultumq; chriſtianum: et per
quos deinde corruerint in Mahometiſtarum
impietatem. Accedit ad hanc hiſtoriam per-
multa rerum aliarum uariarumq; notitia.
que in orientalibus locis illis reperiũtur. Quare
ſi natura omnes (ut placet Ariſtoteli) ducimur
ſciẽdi cupiditate nec tu poſt meũ ex italie oris
diſceſſum mores ſententiã animumq; mutaſti.

ut certo teneo: puto non accuſabiſ laborē hūc meū.
cui' īduſtria factuʒ eſt: ut ea ceteri q̄ꝫ tua cā ſciant.
que de hac minime contēnenda materia anteaꝫ
ignorabant. q̄d eīʒ ab aīo ingenti ſplendidiſſimoqꝫ
ingenio debet alieni' cenſeri negligentia et deſidia.
que quidem duo ꝑniciosiſſima initia facile declinat'.
in legēdiſ ijs reb': que non mediocreʒ utilitatē hn̄t cū
uoluptatē ꝯiūctaʒ. Si nō parū ſe aſſecutos arbitrat'
qui T. liuiuʒ: qui Criſpū Saluſtiū. qui C. Iulij ceſaris
cōmentaria lectitarit: In q̄z hiſtorijs p̄t' gentilitatis
erroreſ. verborūqꝫ lenocinia fruct' ali' nullus ī eſt. q̄nto
nos allicē ſtudio hec hiſtoria ad ſe debet: que et ul
toreſ cōtumelie chriſtiane ī mediū refert. et mōet
ōs uere pietatiſ ſtudioſos non eſſe diuti' dōmitādiʒ.
Nam quas antea ſuperiorū ꝑncipum diligētia ciuita
teſ atqꝫ nationes ad chriſtianaʒ religiōēʒ reuocarat.
uidemus eaſ patrum deinceps nr̄oꝝ uel ī curia ul
ignauia perijſſe. Itaqꝫ non poſſum non ſūmis affi
cere laudibus pientiſſimuʒ hunc pium pōtificeʒ
maximuʒ: qui tanto cum ſtudio et opera et īduſtr̄a
dieſqꝫ nocteſqꝫ īcumbit ad vendicandaʒ uniūſaʒ
chriſtianaʒ rem publicam. ex atrociſſimis ī pioꝝ
manib' in priſtinam ſuam ac ſanctam et liberta
tem et dignitatem. Sed ne ſim longior q̄ oportet.
iā hiſtoria ipā quam modo dicebam: audiatur.
Vale mi frater reuerende in chriſto ihesu.

AMEN.

Incipit hiſtoria Jeroſolomitana. Capitulum primum. Cur dnus Terram ſanctam varijs flagellis et alternis caſibus expoſuit.

TErra ſancta promiſſionis deo amabi
lis, et ſanctis angelis uenerabilis,
et uniuerſo mondo admirabilis, á
deo ellecta et perdilecta. ut eam pn̄tia ſua
uiſibiliter illuſtraret: et in ea liberationis nr̄e
ſacramenta miniſtrando genus humanum
redimeret, quanto maiori zelo dilecta eſt á
domino tanto frequentius peccatis hītantiū
in ea exigentibus flagellata eſt. et uarijs caſi
bus expoſita ab eo qui ſanctum dare canibus,
et ante porcos prohibet proijcere margaritas.
dum alijs decedentibus, et alijs ſuccedentibus,
diuerſis tradita poſſeſſoribus omnes fere īter
ſanctum et prophanum non hn̄tes diſtātiam
pro nihilo habuerunt terram deſyderabilem,
terram lacte et mele fluentem domini nr̄i
ieſu chriſti, et ſanctorum patriarcarum et
prophetarum. & apoſtolorum patriam. ua-
rium ſordium immundicijs maculantes,
ita ꝙ in ea uideatur impletum quod dicit
dominus per prophetam. Qui tangit uos,
tangit pupillam oculi mei. Pupilla enim
inter omnia corporis membra tenerrima
affectione diligitur. Ita ꝙ ſordes ītrinſecus

in oculum decidentes ſtatim pro poſſe nr̃o eadē remouere feſtinamus. Sic Redemptor noster a terra ſancta, cui ſuper omnes alias amoris ſui contulit prerogatiuam, ſordes et inquinamenta peccatorum remouendo, peccatores in ea commorantes affligit, flagellat et eycit. Penitentibus autem et reuertentibus ad cor, ea clementer reſtituit. Dum abiſſus abiſſum inuocat. ſcilicet abiſſus miſeriarum abiſſum miſericordiarum.

Capitulum ſecundum. De varijs generibus hominum bonorum et malorum qui terram ſanctam inhabitauerunt.

ET igitur aliquantulum altius incohantes, manifeſtis exemplis predicta comprobemus. Melchiſedech dei altiſſimus Sacerdos Rex fuit Salem, ſicut legitur in geneſi, que poſtea, ſicuti multi opinantur dicta eſt Ieruſalem. Poſtea uero Gerebuſei uſq; ad tempora Dauid Regis eandem Ciuitatem poſſiderunt. Completis aūt et uſq; ad ſummum iniquitatibus eorum cumulatis tradidit dominus in manibus filiorum Iſrael Ciuitatem Sanctam, et locum, quem ſibi ſpecialiter dedicauit, ut in eo ſibi deſeruirent, et offerrent diuerſa ſacrificia, unius ſummi et inefabilis ſacrificij prefiguratiua. Poſtea uero peccatis habitantium

tanq̃ arena maris multiplicatis temporibus Re-
gis Sedechie et Ieremie prophete in manibus
babiloniorum per annos . lxx . deuenit . Peccatiſ
enim Iudeorum exigentibus, eo q̄ fecit lambr-
uſcas uinea reproba que facere debebat uuas,
deſtructa eſt maceria eius, et uindemiauerunt
eam omnes qui pretergrediuntur uiam . In
diebus autem Melchiſedech Abraam de uolũ-
tate et mandato domini exiens de terra et co-
gnatione ſua et de domo patris ſui uenit in
terram promiſſionis et multis diebus habitauit
in ea offerens domino filium ſuum in monte
uiſionis ſcilicet in monte Moria in quo ſita eſt
Ieruſalem Ciuitas ſancta que uocata eſt Bethel
Not: et Luza unde a quibuſdam dicitur q̄ locus ille
in quo Iacob dormiens lapide capiti ſuppoſito
uidit ſcalam uſq; ad celum erectam et dominũ
initum ſcale et angelos aſcendentes et deſcende-
tes inde . Et euigilans ait Non eſt hic aliud niſi
domus dei et porta celi eo q̄ locus ille Luza et
Bethel in Geneſi nuncupatur ſic ille locus in
quo poſtea templum domini conſtructum eſt a
Solomone . Abraam igitur terram ſanctam pro-
miſſionis uſq; ad obitum inhabitans in eadem
ſibi idoneam elegit ſepulturam in loco ſancto qui
dicitur Ebron et Cariatarbe eo q̄ ibi ſunt in ſpe-
lunca duplici quatuor Patriarce Adam ſcilicet
cum uxore ſua et Abraam et Iſaac et Iacob licet

defunctus fuiſſet in egipto, uoluit tamen et pre-
cepit filijs ſuis ut corpus in terra ſancta cum pa-
tribus ſuis ſepelirent. In qua tamen terra multiſ
diebus domino ſuſtinente pexime et abomina-
biles et deo odibiles habitauerunt nationes. s.
ſeptem gentes quas dominus a facie filiorum
Iſrael eiecit de terra que ſuos deuorat habitato-
res. Et quoniam comixti ſunt inter gentes
filij Iſrael et didicerunt opera eorum et forni-
cati ſunt adinuentionibus ſuis et hereditatem
domini contaminauerunt tradidit eos dnus
in manibus inimicorum ſuorū, et dominati
ſunt eorum qui oderunt eos. Unde decē tribus
qui uitulos aureos in Dan et Bethel adorabant
ad tantam indignationem prouocauerūt dnum
q; usq; in hodiernum diem exilio perpetuo con-
demnate a terra ſancta miniſterio Regis Aſſiri-
orum procul ualde eiecte ſunt, et tanquā lutū
platearum deleuit eos dominus qui dura ceruice
et inconcuſſo corde legi dei ſubiecti eſſe renuerūt.
Propter hoc uero tanq̄ mare qui mortuos expellit
et cadauera retinere non pot residuū populi. ſ.
tribus Iuda et Beniamin de terra ſancta, ut pre-
dictum eſt, ui in Babilonem euomuit. Quantas
autem tribulationes et perſecutionū moleſtias,
poſtq̄ reuerſi ſunt a Babilonia et multiplicata
ſunt mala ſup terram Ab Antico Illuſtri, qui
muros Sancte Ciuitatis deſtruxit, et abhomi-

nationem desolationis ydolum uidelicet abhominabilem in templo domini posuit et ab eius ſuccessoribus perpeſſi ſunt nullus ambigit qui geſta Regum Antiocorum et hyſtorias et plia Machabeorum agnouit. Sed Pompeius cum ingressus esset Ierosolimam cum exercitu Romanorum multipliciter eos oppressit adeo quod in ueſtibulo templi loca ſancta et uenerabilia inuenerabiliter pertractans equos proprios colocauit.

Postquam uero ad herodem alienigenam et filios eius et postea in manus Romanorum Regnum Iudeorum cum terra ſancta deuenit impletum eſt in ipis iudeis quod longe ante Pſalmiſta prophetauerat de ipis dicens deus uenerunt gẽtes in hereditatem tuam poluerunt templum ſanctum tuum et iterum tradetur in manus gladij partes et uulpium erunt. uulpem enim apellat dominus herodem in euangelio dicens. Dicite uulpi illi. filij etiam huius ſeculi qui prudẽtes ſunt in generatione ſua et doloſi et in peccatis ſuis fetidi non immerito uulpes appellantur.

Postquam uero dominum nrum iudei crucifixerunt cum quadragintaduobus annis expectaſſet eos dominus ad penitentiam Ipsi autem excecati in peccatis noluerunt benedictionem et elongata eſt ab eis. Venerunt Romani locum eorum tolentes ſub Tito et Veſpeſiano ſuccedentes Ciuitatem et uſque ad fundamenta deſtruentes ut

Not.

lapis ſuper lapidem non remaneret, parte Iude-
orum fame perempta, parte gladio trucidata,
parte precio diſtracta et in omnem uentum diſ-
perſa, ſicuti ex libris Ioſephi, et alijs hyſtorijs
manifeſte declaratur, et Propheta longe ante
predixerat. Exterminauit eam aper de ſilua,
et ſingularis fera depaſta eſt eam. Singularem
feram, crudelem ducem, ſeu crudelem gentem
Romanorum eos eſſe depaſturos preuidit.
Sed chriſtianorum temporibus refrigeſcente mul-
torum caritate et maxime grecorum et Su-
rianorum qui in terra ſancta tempore Eradij
imperatoris Romani habitabant cum iam
ſanguis chriſti qui prius quando recenter
effuſus erat in cordibus fidelium feruebat
per uniuerſum fere mondum cepiſſet tabeſcere,
Coſdre tyramnus Rex perſarum terram ſanctam
cum infidelium exercitu ingreſſus, Ciuitates
uaſtauit, eccleſias euertit, uniuerſum popu-
lum uarijs calamitatibus oppreſſit, alijs gla-
dio peremptis, alijs ſecum in perſidam captiuis
deductis. Ciuitati autem ſancte non parcens,
efractis muris uiolenter irrupit loca ſancta.
Et atria in quibus ſteterunt pedes domini,
ingreſſus eſt canis immundus prophanans
domini ſanctuarium, et Eccleſiam ſanctam
ſubuertens, dominicum lignum in quo noſtra
mondi hoſtia pependit ſecum auſus eſt in

perſidam deportare. Dominus autem cum iratus fuiſſet miſericordie recordatus fulgurare in pluuiam fecit impio tyramno ab Eradio auguſto interempto et ſancta cruce dominica Ciuitati domini amabili a predicto Imperatore cum triumpho et gloria magna deuotiſſime cũ hymnis et laudibus diuinis reſtituta.

Capitulum tercium. qualiter a Duce Arabum homar Diſcipulo Machometi occupata eſt Terra ſancta.

CVm autem Imperator eccleſias ordinaret quas nequiſſimus Coſdre deiecerat, et ex proprijs ſumptibus reparari precepiſſet, ſtatim poſt eius receſſum Princeps Arabum nomine homar collecta ſecũ multitudine infinita tam potenter q̃ uiolenter terram ſanctam hoſtiliter ingreſſus. modico tempore non ſolum contra chriſtianos qui in Regno Ieroſolimitano commorabantur preualuit. Sed etiam uniuerſas Ciuitates a Laodicia Syrie uſque in Egyptum Damaſcũ etiam cum multis alijs urbibus cum multa ſanguinis efuſione beſtia ſeuiens occupauit.

Hic autem impijſſimus homar diſcipulus erat perfidi et ſceleratiſſimi Macometi et Regni eius ſucceſſor tertius.

Capitulum quartum. De Machometo

MAcometus enim ſtatim poſt tempora beati Gregorij parum ante tempora predicti Eradij abhominabilem et execrabilem doctrinam ſuam primo in Arabia unde oriundus extitit et poſtea beſtiali populo in partibus uicinis hominibus rudibus et incultis partim predicauerat partim per timorem et uiolentiam in errorem ſuum contradicentes impulerat. Cuius ſucceſſores tanto furore et feruore diabolico ſuccenſi ſunt, ut peſtiferam magri ſui doctrinam non ſolum uerbis et exhortationibus populos inſcipientes inducerent ſed ui et metu et gladijs tam Arabes q̄ alioſ orientales populos miſerabiliter impingerent. Seductor autem ille qui dictuſ eſt Macometus quaſi alter Antichriſtus, et primogenitus Satane filius tanq̄ Satan in Angelum lucis tranſfiguratus, ira dei magna et indignatione maxima ſubſtinente, et inimico generis humani opante plures populos peruertit, et in errorem ſuum traxit, q̄ aliquis alius hereticus ante ipius tempora legat ſubuertiſſe, uel aliquis ſanctus predicatione uel miraculis ad dominum conuertiſſe repiat. doctrina eius peſtifera ſerpens ut cancer non ſolum Arabes et Syrios. Medos. Perſas. Egyptios. et Ethiopes. et alios orientales populos letaliter interfecit. Sed etiam Affricam, et plures occidentales regiones corrumpens uſq;

in hiſpaniam peruenit. Nec puto q ab infatia
primitiue Eccleſie uſqꝫ ad ſenectam et ſenium
eiuſdem uꝫ uſqꝫ ad tempora filij perditionis maior
fuerit uel futura ſit abbhominatio deſolationis
uel maius flagellum quod eccleſiam dei oppreſ-
ſerit q̃ execrabilis erroris peſtiferum uenenum,
quod ſerpens antiquus per os pſeudo prophete,
et ſucceſſorum eius in tanta populorū multi-
tudine iam fere per ſexcentos annos euomuit.
Iuſtus es domine ſi diſputem tecum. verutamē
iuſta loquar ad te. Cur beſtie tam crudeli tam
laxas habenas conceſſiſti? Quare tanq̃ potes
crapulatus uino, et tanq̃ fortis uir qui ſaluare
non poteſt tanto tempore ſiluiſti conculcante
impio, et uaſtante uineam tuam, et tot aīarū
milia pro quibus ſanguinem fudiſti tibi aufe-
rente? Cur fortis armatus inimicus nr̃ tāto
tempore in pace cuſtodiuit atrium ſuum?
Et fortior non ſuperuenit qui uaſa eius poteter
auferret? Erripiens inopem de manu fortiorum
eius. Egenum et pauperem a diripientibus
eum? O altitudo diuiciarum ſapientie et
ſcientie dei, q̃ incomprehenſibilia ſunt iudicia
eius et inueſtigabiles uie eius. Quis enim
cognouit ſenſum domini? aut quis conſilia-
rius eius fuit? Quis eſt homo qui responde-
at deo? uel diſputet cum ipo? nunquid dicet
figmentum ei qui ſe fecit, quid me feciſti?

an non habet potestatem figulus luti ex eadem
massa facere aliud quidem uas in honorem ali-
ud in contumeliam ? Iudicia domini abissus
multa . Scimus enim q̄ licet antiquus aduer-
sarius nr̄ nihil possit nisi quod deus permiserit.
peccata tamen nr̄a adeo fecerunt ipsum contra
nos potentem q̄ iusto licet oculto dei iudicio
usqȝ ad tempora nr̄a per fidelium perditionis
perfidum inimicum Macometum eundem
permitit insanire .

Capitulum quintum . De origine et uita
Machometi .

FVit autem Macometus hismaelita ex
Agar ancila Abrae ex progenie hisma-
elis hominis ferocis cuius manus contra oēs
et manus omnium contra ipsum . Licet eni
Saraceni a Sarra tanq̄ ex libera mendaciter
et inaniter se nominent sarracenos . verius
tamen Agareni ab Agar que concubina
fuit Abrae debent dici . Cum autem adhuc
puer esset et defuncto patre suo Abdimeneph
et matre sua relictus esset pauper et orpha-
nus susceptus est a quodam homine gentili
et idolatra qui nutriuit eum in loco illo
Arabie qui uocatur lingua eorū Salingua .
Postq̄ autem factus ē etatis adulte et ad annos
iuueniles peruenisset . Cum proprij corpo-
ris exercitio more pauperum uictum sibi

laborioſe poſſet acquirere factus eſt mercenarius
cuiusdam mulieris uidue. cuius Aſinum cuſto
diens a quibuſdam uiatoribus quos ſuper Aſinū
ad partes Aſie deferebat mercedem recipiebat
ad opus domine ſue que etiam Camellos ſuos
eius cuſtodie poſtmodum commiſit. et ad Ciui-
tates uicinas et Oppida circuſtantia factus ne-
gociator merces deportabat. Cumqꝫ pro ſerui-
cio ſuo et huiuſmodi negociacione predicte uidue
gratiam et familiaritatem fuiſſet adeptus ſeſe
inuicem libidinoſe concupiſcentes primo oculto
et fornicario concubitu pariter cohierunt. Poſtea
uero mulier illa publice cum eo matrimonium
contraxit. et copioſam pecuniam tradidit illi.
Ipſe vero qui ſemper uitam miſeram et inopem
uſqꝫ ad dies illos duxerat ſubito. et quaſi fortui-
to et caſu inopinato ditatus. cepit in oculis
ſuis extolli. et apud ſe inaniter gloriari. cogitās
intra ſe. et omnibus modis procurans qualiter
ſuper gentes illas que Regem non habebant
et tribus ſuas poſſet dominari. et apud hoīes
illos magnus haberi. Primo igitur congrega-
uit homines pauperes et inopes obligatos ere
alieno uiros prophanos. latrones. predones
homicidas. et raptores. ut eorum auxilio
multa pecunia per uiolentiam et rapinam
congregata nomen ſibi faceret et ab omnibus
timeretur. Cum autem ijs peruerſis et

deſperatis:

deſperatis hominibus filys Belial non modicam multitudinem congregaſſet poſuit eos iuxta uias publicas in inſidys et locis abditis ut negociatoreſ cauſa mercimony de Aſia uenientes ſine miſericordia ſpoliarent . Quadam die miſit triginta de latrunculis ſuis ut mercatores quoſdam per parteſ illas tranſeuntes ſpoliarent . Quidam autem uir potens de partibus cuius Camellum Macometuſ abſtulerat cum trecentis hominibus ocurrens Socys Macometi fugatis ip̄is mercatores illos de manibus latronum liberauit . Alia uice miſit ſexaginta de militibus ſuis ut ſibi predam adducerent qui omnes a quibuſdam inſidys poſitis ita ſunt ociſi ut nec unus ad dominum ſuum reuerteretur . Miſit tertia uice multos ex ſocys ad locum quendam ut multitudinem aſinorum qui per locum illum retranſire debebant mercibus uarys onerati raperent . Sed anteq̄ ad locum perueniſſent mercatores cum aſinis die precedenti tranſierant . Hec autem propheta mendax preuidere nō potuit nec in predictis caſibus ſibi uel Socys ſuis potuit precauere . Mentiuntur ergo miſeri Sarraceni qui eum ſummum prophetam deum fuiſſe proteſtantur. Aliquando etiam cum fugiſſet de prelio quodam multis dentibus confractis uix euaſit . In multis enim plȳs deuictus et cum exercitu ſuo fugatus nec

ſibi, nec ſuis aliquod potuit preſtare ſubſidiũ.
Miſit frequenter ſocios ſuos, ut homines ſibi
contradicentes nocte in domibus ſuis iugu-
larent. Vicinos etiam ſuos quibus inuide-
bat clam et proditorie trucidari faciebat, et
maxime iudeos quos plurimum odio habe-
bat. Plerumq; autem impij et facinoroſi eius
complices, uillas, et caſalia ingredientes
ſubito ex improuiſo homines paruulos etiã
et mulieres partim trucidabant, partim
prede domino ſuo qui defenſionem, et au-
toritatem eis preſtabant afferebant. Fre-
quenter autem ij quos ad exercenda latro-
cinia mittebat, ab ijs quos ſpoliare uolebãt
ſunt occiſi. A quodam autem prelio dentib9
ſuis a dextra parte euulſis, labro ſuperiori con-
ciſo, et genis confractis, uultu lacerato, et
deturpato uix euaſit. Quidam autem ex
socijs ſuis eleuans manus ſuas ſuper eum ad
tutelam amputato digito uno uix eũ potuit
liberare. Ecce q̃ decepti ſunt et craſſis tene-
bris inuoluti miſeri ſarraceni qui menda-
citer affirmant ipſum ſuper omnes prophe-
tas ſpiritum prophetie habuiſſe, et decem
angelos ſibi fauentes et eum cuſtodientes
omni tempore ſecum habere. Dicunt autẽ
ante q̃ deus celum et terram a principio
creaſſet nomen Macometi quaſi in conſ-

pectu dei conſiſtebat . Et niſi ipē Macometus futurus eſſet, nec celum nec terra, nec infernus fuiſſet . Ipſe uero cum ei frequēter male accidiſſet, et a preliorum conflictu uictus et fugatus cum magna reuerteretur confuſione ad ſui excuſationem dicebat, ꝙ miſſus erat a domino non ut miracula faceret ſicuti alij prophete ante ipſum, ſed ut leges datas iudeis per Moyſen, et chriſtianis per ieſum exponeret mondo, et declararet. Et eos qui mandata legis male intelligebant corrigeret et inſtrueret, ita ꝙ ſi quis mandata eius ſuſcipere recuſaret uel gladio interficeretur, uel pro incredulitatis ſue precio tributum ſoluere cogeretur . Si qui autem legi ſue renuerent, uel contrarium predicarent, contra eos ſep prelia inferrent, et ipis trucidatis, ſi poſſet uxores eorum et liberi perpetue ſeruituti ſubderentur . Inimicis etiam fidei ſue, nec fidem nec promiſſionem obſeruare, ſed oībus modis eos decipere concedebat . Cum igitur ipē de ſe fateatur ꝙ gratiam faciendi miracula non haberet. Miracula illa que de ipō Sarraceni gloriantes predicant conſtat eſſe falſa et ipōs deceptos oculis proprijs penitus excecatis ueritatem ignorare . Dicunt enī ꝙ lupus quidam in uia qua ambulabat aliqn

ei obuiam uenit contra quem cum tres digi
tos Macometus erexiſſet lupus exterritus
confeſtim fugiendo receſſit . Affirmant etiã
homines. animales, et bruti ꝙ bos quidam
quandoqꝫ cum eo loquutus eſt : Et ꝙ arbor
fici ad eius uocationem et imperium ad terrã
inclinata ad eum humiliter acceſſit . Dicunt
etiam ꝙ lunam ad ipum deſcendentem in
ſinu ſuo recepit Et ipſam lunam in quattuor
partes diuiſam iterum coniunxit . Aſſerunt
etiam . ꝙ cũ uenenũ in carne agnina aliquan°
ſibi fuiſſet oblatum agnus autem loquutus
eſt ei dicens . in me habeo uenenum caue ne
me ſumas in cibum Socius autem eius , qui cũ
eo in menſa ſedebat , ex eo comedit , et uitam
ueneno amiſit . Ab illa tamen die poſt annos
decemocto Macometus ueneno oculte ſibi dato
interyt . Nec tamen mortem ſuam pſeudo pro
pheta preſciuit . Ipſe autem diuino percuſſus
iudicio morbo caduco laborans aliquando in
terram cadendo ſpumabat . Predicta autem
Vxor eius preuerecundia et morbi ablhomina
tione uolebat eũ dimittere : Ipſe autẽ dicebat
uxori ſue ꝙ Angelus domini Gabriel ei loq̄bat
ipſum de lege quam dabat hominibus inſtruens
et dei mandata ad ipſum deferens . Ipſe uero
ꝑntiam numinis corporaliter ſubſtinere non
poterat . Spiritus autem eius quaſi in extaſim

raptus Angeli uocem audiebat et precepta
firmiter retinebat . Mulier autem simpliciter
credidit et sic in matrimonio cum ipo remansit.
Erat autem luxuriosus et libidinis ardore suc-
census super omnes homines orientalis regiois.
ex quo tamen ipe in immensum gloriabatur
iactans se solum supra quadraginta homines
ex diuino munere virtutem generatiua hre
et coeundi supereminentem potestatem a deo
accepisse. Unde quindecim duxit uxores excep-
tis Ancilis et concubinis quas omnes zelo-
tipie spiritu impulsus ita recluserat q nunq
poterant exire nec ulli homini fas erat eas
uidere uel ad eas aliquo modo introire. Unde
usq hodie Sarracenorum et fere omniu orien-
talium mos est q uxores suas ita recludat
ut uix solis radios uidere queant. ab earu
etiam coloquijs consanguineos quantucuq
proximos prorsus priuantes. Virgines etiam
eorum ita uultus coram hominibus abscon-
dunt et collum et manus quibusdam lin-
teaminibus vellant q plerumq aliquis vxo-
rem duxit nec faciem eius anteq eam trans-
duceret agnouit . Quandoq autem contra
aliquam earum iratus iurabat q ad eam
per mensem non intraret sed libidinis sue
turpitudine deuictus spreto iuramento ante
terminum eidem commiscebatur . Cuida

autem ex uxoribus ſuis in dotem, ſeu dona-
tionem propter nuptias loricam ex fragmētis
cornuum factam conceſſit, et duas molas
cum duobus ceruicalibus rotundis ex pal-
marum folijs contextis. Propter has autē
ab alienorum uxoribus nullatenus homo
impudicus ſe abſtinebat. Sed paſſim quaſ-
cunqꝫ ſibi placentes habere poterat adulte-
rio poluebat. Itaqꝫ cum propter hoc infama-
retur, et a multis accuſaretur, et maxīe
a Socijs erroris ſui, et coadiutoribus male-
ficij reprehenderetur, eo ꝙ propter uite
turpitudinem eius predicatio a multis nō
reciperetur. Ipſe ad ſui excuſationē, et
populi indignationem ſedandam legē pro-
mulgauit que uſqꝫ in pn̄tem diem a Sarra-
cenis firmiter obſeruatur, de adulterijs. s.
puniendis. Vnde Mulier adultera apud
eos occiditur. Sibi ſoli tamen dixit a dn̄o
Angelo Gabriele nunciatum, et in priuile-
gio conceſſum, ꝙ alienorum uxores poſſet
accedere ut prophetas et filios uirtutis ad
dei cultum generaret. Ipſe autem quendam
ſeruum habebat qui propter uxoris ſue pulcri-
tudinem domini ſui luxuriam ualde ſuſpectā
habebat, unde uxori ſue diſtricte precepit, ne
aliquo modo a domino ſuo uideretur, uel cum
eo loqueretur. Illa tamen quadam die nihilo-

minus est loquuta Macometo. Seruus aut ille indignatus et iracundia incitatus eam repudiauit, et a se confestim eiecit. Dominus autem eius eiectam ad se uocauit, et cu uxoribus suis eiectam recepit. Timens autem ne adulterij crimine blasfemaretur, finxit q carta de celo missa fuisset illi a domino, in qua a domino mandaretur, ut genti sue legem promulgaret, quatenus si quis uxorem suam repudiauerit, si alius eam recipere uoluerit uxor illius sit qui eam suscepit. Istud aut hodie inter sarracenos habetur pro lege. Si adultera autem non possit a Marito conuinci, et propter criminis suspitionem uel propter feditatem aliquam, siue ob aliam causam eam repudiatam dimiserit. Sed postea penitentia ductus ipam uelit ad thorum reuocare, non aliter licet mulieri ad uirum suum accedere, nisi prius tanta uerecundia confundatur, q in oculis mariti sui ab illo uiro extraneo cognoscatur. Et sic post huiusmodi polutione ipsam miserabiles homines estimant purgari, et dignam q ad maritum suu reuertat.

Porcus autem ille, et canis immundus in tantum libidinis feruorem exarsit, q ipse alijs concessit modum turpitudinis, quo in prprijs uxoribus abutebatur. Ait enim in libro suo quem uocant alcoranum. Si

uxores uel ancilas habetis ipas pro modo uro
ad uoluntatem vram parate, pro quo execrabili
uerbo statim unius deberet incendio concremari.
Per hoc enim latenter uitium sodomicum hostis
nature in populo suo introduxit. Vnde ipi ex
maxima parte non solum in utroqꝫ sexu sed
etiam in brutis turpitudinem abusiue operates
facti sunt sicut equus et mulus quibus non est
intellectus. Asserunt enim ad perniciosam sui
excusationem q̄ re propria ad omne uolun-
tatem et uoluptatem suam quilibet possit uti.
Hec autem de pexima et abhominabili eius uita:
parua de magnis: pauca de multis dicta suffici-
ant. Nunc autem de execrabili eius lege uel
potius errore aliqua subiungamus.

Capitulum Sextum. De pexima doctrina
Machometi.

QVadam die dum de Ciuitate Matha
ueniens Camellum quendam inue-
nisset in uia rapuit eum et duxit in Ciuita-
tem Mecha, in qua hodie sepultus ab impiis
et deceptis populis adoratur. In predicta aut
Ciuitate cum de se ipso testimonium proferret,
Asserens se esse prophetam, et a deo ad salutem
populi transmissum, illi nolluerunt eu recipe
nec eius uanis et falsis acquiescere sermonibus,
Sed tanq̄ falsarium et uiarum predatorem et
latronem a Ciuitate sua proiecerunt. Fugit

igitur cum Socijs suis confusus et expulsus
ad Ciuitatem quandam desertam ubi erant
homines ex parte iudei et ex parte gentiles
idolatre, rudes et indocti qui nunq̄ uel raro
ueritatem audierant predicare. Videns autē
pauperes illos et incultos homines faciles
ad seducendum, constituit in ciuitate quoddā
templum in quo figmenta sua et uaria docu-
menta uanis et idiotis predicaret. Et q̄m
magnus laqueus diaboli et profunda fouea per-
ditionis futurus erat homo ille cum rudis
esset et illiteratus, prouidit ei ille artifex chri-
stiane relligionis inimicus socios et coadiuto-
res erroris sui, qui eidem tanq̄ impietatis instru-
menta assisterent et ipsum faciliter instrueret,
et in nequitia fouerent. Quidam enim Mo-
nacus homo apostota et hereticus uir belial noīe
fozius, cum de execrabili heresi Rome foret
publice conuictus, condemnatus, et excōicati-
onis uinculo innodatus, extra omnem ecclesia
dei fuisset eiectus, et a fidelium consortio peni-
tus fuisset expulsus fugit ad partes arabie cu-
piens de molestia sibi facta contra christianos uin-
dicare. Cum autem inuenisset Macometū
qui iam habebat in populo suo preheminentiam,
nec tamen adhuc a multis propheta putabatur,
cepit eum cum quodam iudeo qui similiter ipi
Macometo adheserat exhortari, et admonere,

Quatenus ſicut Moyſes, et chriſtus legem de-
dit populo ſuo, et propter hoc ab uniuerſis re-
putati ſunt magni, Ita et ipē ut magni noīs
et ſummus propheta haberetur, conſilijs, et
documentis ipſius Monaci et Iudei legem
dedit illi populo, cuius maior pars idola colebat,
et facile ad eius doctrinam flecti poſſet. Ma-
cometus autem eorum peruerſis acquieſcens
ſuggeſtionibus ut maioris auctoritatis lex
eius uideretur eſſe, ex ueteri et nouo teſta-
mento ad augmentum erroris ſui predictis
heretico et iudeo docentibus quedam adiunxit
adinuentionibus proprijs, que ſuggerente di-
abolo de corde ſuo finxit: Unde ſecundum
ritum iudeorum circumciduntur Sarraceni;
Carnes autem porcinas non comedunt: cuius
rationem cum vellet Macometus aſſignare,
dicit, ꝙ ex fimo camelli porcus poſt diluuiū
fuit creatus, unde tanq̄ in inmundicijs natus
non debet a populo mundo manducari. Si-
militer piſces non habentes ſquamas ſecundū
ritum iudeorum non manducant. In hoc
autem cum chriſtianis conueniunt ꝙ cre-
dunt unum deum ſolum omnipotentem
creatorem omnium. Trinitatem autē non
recipiunt ſed abhominantur fidem nr̄am
et derrident nos tanq̄ tres deos adoremus,
inefabilem generationem a patre nō recipiētes

ſed carnaliter tantum et per partium deciſio-
nem et omnem indifferenter intelligentes ge-
nerationem. Caro enim et ſanguis, et non
pater noſter qui eſt in celis reuelauit eis.
Animalis enim homo ea que dei ſunt non
pcipit. Aſſeruit etiam pſeudo propheta uera
quedam falſis interſerens ꝙ Moyſes fuit
magnus propheta. Sed christus maior fuit,
et ſummus prophetarū ante tempora ſua, natꝰ
ex Maria ante partum uirgine, et in partu,
et poſt partum omnium feminarum ſanctiſſia.
Conceptus de uirtute dei abſqꝫ ſemine carna-
lis hominis. Poſtea uero uenenum infideli-
tatis annectens, aſſerit ipſum eſſe purum
homīne ſicut alij prophete non dij ſed hoīes
puri fuerunt. Neſciens autem humilitatis
uirtutem, et ſancte crucis miſterium ignorās,
aſſerit cum Manicheis ꝙ christus uere nō
fuit crucifixus, nec uere paſſus, nec in ueri-
tate mortuus uel ſepultus, uel tertia die re-
ſurexerit. Sed alius quidam homo ſimilis
pro eo fuit crucifixus. Christus autem ſicut
a deo uenit. Ita ad deum viuus abſqꝫ ulla
mortis paſſione redijt: et ad celos ad deum
qui eum miſit aſcendit. Vnde cum templū
dñi quod Salomonis dicitur in quo dnūs
a beata uirgine fuit oblatus: et quedam
alia Loca in quibus christus cum Maria

et Ioſep tranſiens in egiptum dicitur qeuiſſe in magna reuerentia habebant. Ecclesias autē beate Marie virginis in multis locis honorāt. Rubum etiam quem uidit Moyſes ardere et non comburi, et alia loca in quibus in monte et circa montem Synay dn̄s Moyſy apparuit magno uenerantur obſequio. Crucem tamen dn̄i et locum ſepulture eius derident. Dicentes q̄ tantus propheta tam ignominioſam mōtē cum poſſet euadere, nūq̄ uellet ſubſtinere. Perſecuntur etiam Sarraceni Iudeos: et cum odio maximo eis improperant: q̄ ſanctiſſimū prophetam dominum Ieſum christum recipere noluerunt: et multas ei pſequutiones intul lerunt. Maxime quia Machometus in Alcho rano ſuo de Iudeis ualde conqueritur, eo q̄ eſſent dure ceruicis: et mandatis eius aqeſcē recuſarent: De christianis autem dicit. q̄ ma gis pij ſunt: et q̄ legem eius audirent. et fleret. Ipse autem tam christianos: q̄ iudeos frequent homines legis appellat. et ita confuſus eſt in tractatu ſuo: et ſibi ipſi contrarius: q̄ aliquādo affirmat. q̄ quilibet homo in lege ſua poſſit ſaluari. Aliquando uero aſſerit q̄ omnes dam nabuntur preter Sarracenos. Ipsi autem Sarra ceni omnes quantumcumq; pexime geſſerint ad preces eius quoniam deus in omnibus ex audiet ſaluabuntur. Ex quo uerbo timorem

peccandi pplo ſeducto abſtulit: et ad omnes turpi-
tudines et impietates ſuos excitans ſecuros in
iniquitatibus ſuis reddidit. Et quoniam in euã-
gelio ieſu chriſti. Ipſum chriſtum a beato Iohãne
baptizatum Sarraceni audierunt ipſum beatũ
Iohannem in magna reuerentia habentes bap-
tiſmum poſt omnes ĩmundicias quas turpit̃
operantur. et maxime quando ad oratorium
debent accedere corpus ſuum aqua ſimplici ab-
luendo: ab ĩmundicijs ſuis hoc modo ſe extimant
purificari. Unde paſſim ac frequenter hac fa-
lacia ſeducti obſcenis et abuſiuis uoluptatib;
inquinantur. Et poſtea ut dictum eſt aquis
abluuntur. Quandoq; etiam a ſacerdotibus
chriſtianis filios ſuos faciunt baptizari. Nullã
aliam ſpem in baptiſmo ponentes: niſi q͂ ꝓpter
hoc filios ſuos diutius uiuere uel ab infirmita-
tibus corporis putant liberari. Recipiunt aũt
Pantatheucum Moyſi et omnes libros prophe-
tarum et apoſtolorum quos a deo fuiſſe locutos
et hoĩes fuiſſe ſanctos non negant. Pſalteriũ
etiam: et totius ueteris teſtamenti tranſlatõẽ
ſecundum ſeptuaginta interpretes recipiunt.
Sed more Iudeorum uel ad litteram tantum in-
telligunt ſcripturas: uel peruerſe aliqua quã-
doq; exponunt. Euangelia autem dñi legũt
et non intelligunt. uera tamen eſſe confitent̃
quecũq; locutus eſt chriſtus. Eodem modo et

apoſtolos qui conuerſati ſunt cum eo quos et
Machometus in libro ſuo uocat hoĩes albis in-
dutos: et eorum libros recipiunt. omnes autẽ
qui cum christo dum eſſet in terris non fuerũt
tanq̃ falſarios: et euangelice ueritatis ignaros
non admittunt. Sed tam eos q̃ eorum libros
deſpiciunt, Vnde et beatum paulum cum libris
ſuis et omnes alios qui post paulum varios
libros ſcripſerunt ipi abhominantur doctrinã
eorum blaſfemantes. Quando autem ex libris
euangeliorum christi uel ſctorum apoſtolorum uel
etiam ex ueteri teſtamento aliqua legi ſue re-
pugnare uidentur, cum aliter non poſſint
euadere dicunt libros nr̃os a falſarijs eſſe cor-
ruptos, quibuſdam ſubtractis et alijs pro uo-
luntate appoſitis. hoc eſt ultimum et miſe-
rabile eorum refugium. Ita enim quilibet
idiota reſpondentẽ. Nec ipi christiani ex li-
bris ſuis: nec iudei ex ueteri teſtamento: nec
aliqui ex ſcriptis antiquorum per locum ab
auctoritate poſſent aliquid probare. Quã
abſurda autem et friuola ſit huiuſmoĩ reſ-
ponſio, patet ex hoc, quod Sancti qui poſt christi
tempora ſecuti ſunt eadem miracula que
christus fecit et etiam aliqua maiora xp̃i uir-
tute fecerunt. Quicquid autem in libris ſuis
ſcripſerunt ex nouo uel ueteri teſtamento
habuerunt ipm ſentientes: et concorditer

ſcribentes de theſauro ſuo noua et uetera protulerunt. Notum eſt autem quod ſancta euangelia. et libri apoſtolorum. et alia legis chriſtianorum uolumina in diuerſis mundi partibus et uariis ydiomatibus a diuerſis etiam ſcriptoribus etiam uariis temporibus ſcripta ſunt concorditer: et abſque ulla ſententiarum contrarietate et ab omni hominum genere uſque ad tempora noſtra ſucceſſiue ſunt recepta. Ex quorum uniformitate manifeſtum eſt quod nullo modo potuerunt eſſe falſata. Quomodo enim tot falſarii. et ita a ſe remoti tam ydiomatibus quam locis in unum poſſent penitus conuenire. Qui autem prudentiores ex ipſis. et naturaliter ingenioſi et tam in libris naturalibus gentilium philoſophorum qui penitus legi Machometi contradicunt. quam in libris noſtris exercitati Euangelia chriſti legentes: et legis noſtre puritatem cum erroribus impii ſeductoris conferentes: ad gratiam baptiſmi qui frequenter confugerunt: et longe plures conualerent. Niſi carnalibus illecebris et peruerſe uite conſuetudinibus irretiti chriſti paupertatem et chriſtianorum uitam nimis artam reputantes: chriſti ſuauiſſimum iugum aſperum et quaſi intollerabile reputarent. Hec autem fuit precipua cauſa quod peruerſas huius ſeductoris traditiones et inſanias falſas plures quam alicuius alterius hereſiarche ſecuti

ſunt omnes . Lex enim euangelica auaritiam et
deſideria terrena deteſtatur : carnales uoluptates
et fedas concupiſcentias tanq̃ inimicas anime
prohibet et execratur . Unde fluxus carnalis uo
luntatis reſtringere et motus illecebros cohibẽ :
et curam carnis in deſiderijs non p̄ficere et corp⁹
precepit ſpiritui ſubiugare : terrenis lucris
non inhyare : mundanã et tranſitoria omĩa
contemnere : inimicos diligere . nulli malum
pro malo reddere : pro perſecutoribꝫ orare : et
multa iubet talia : que licet homini ſint ſicut
impoſibilia . deo tamen qui uirtutem ſubmi
niſtrat ſunt facilia . Unde diuina gratia pre
ueniente : et cohoperante non ſolum ſed cum
gaudio et ſpirituali delectatione a chriſti fide
libus adimplentur . Carnaleſ autem et impru
denteſ Sarraceni lucra temporalia : et terrenã
deſideria : et p̄ntis uite delicias futuram bea
titudinem credunt nullatenus impedire . Un̄
more pecudum poſt carnis concupiſcentias
abeuntes et in luto uoluptatis obſceno infixi
mortui et ſepulti : nullis uicijs reſiſtere norũt .
Sed carnis paſſionibus miſerabiliter ſubiecti
et ſubpeditati plerũqꝫ non prouocati ab appeti
tu credunt eſſe meritorium fedus appetitus pro
uocare . Ex quo factum eſt . q̄ in partibus oriẽ
tis et maxime in calidis regionibus : bruti et
Luxurioſi homines : quibus auſteritas xp̄iane

religionis :

religionis. Intollerabilis et importabilis uidebatur. artam uiam que ducit ad uitam et angustam portam deserentes. latam et spatiosam uiam que ducit ad mortem facile sunt ingressi. et multiplicati sunt super numerum carnalibus illecebris irretiti. Cum autem contra alias heresses Sancti viri zello iustitie et diuini amoris feruore succensi predicando et disputando et ex diuinis scripturis ratiocinando se se uiriliter opponerent et de faucibus Leuiathan plures in heresim lapsos extraherent. homo ille perditissimus ad cumulum nequitie sue tum de ueritate uel improbabilitate secte sue diffideret precepit genti seducte. ne contra legem suam predicantes admitterent. Sed si quis contradicere uellet statim gladio feriretur. Quicumque etiam ipsum Machometum negaret protinus occideretur. Dicebat enim frequenter auditoribus suis. videte ne decipiamini. Nemo propheta fuit cui plebs et gens eius non imposuisset mendacium. Nolite ergo credere que homines dicturi sunt de me. Timeo enim ne gens mea postquam mortuus fuero de me mendacia dicant. et mihi falsa apponant. nolite credere detrahentibus. Sed tamen ea de me credatis que in libro legis quam daturus sum inuenietis. Si quis autem contradixerit et blasfemauerit occidatur. Et quoniam homo ille libidinosus dicauit cuilibet plures habere uxores

et tot concubinas quot poſſet ꝑcurare et in neceſ-
ſariis prouidere. Sarraceni autem tres uel qua-
tuor ſimul. et non amplius hodie ducunt uxõres
que libere ſunt. Concubinas autem et ancillas
quas emunt: quotcumq; uolunt poſſunt hr̃e.
Magis autem religioſus iudicatur. Inter eos
qui plures pot̃ impregnare. Filiis aũt concu-
binarum eque ut filiis uxorum pro uoluntate
ſua relinquit poſſeſſiones et hereditates ut filius
ancille ſit heres cum filiis libere et plerumq;
poſt poſitis filiis uxorum filios concubinarum
quos magis diligunt Regnorum ſuorum uiri
Nobiles heredes conſtituunt. Ex quo freq̃nter
accidit q potentes Sarraceni chriſtianarum
mulierum filii nr̃i amici facti ſunt. et chri-
ſtianis in terra ſua commorantibus propicii
et beniuoli fuerunt. Machometus enim in
multis fuit propitius mulieribus: et ꝓpter
libidinem ſuam eis ualde compatiebatur.
Unde legem promulgauit. ut poſtq̃ ancilla
de Sarraceno conciperet libera confeſtim
efficeretur: et poſtq̃ natus eſſet fetus. cuiuſ-
cumq; legis eſſet mater libera ꝑmitteretur
abire. Ita tamen q partus uentrem non ſe-
queretur ſed cum patre remaneret. et legem
ſuam inuiolabiliter obſeruaret. Ut autem nõ
ſolum gentiles et ydolatras ſed etiam chriſtiãos
ſimplices ad ſectam ſuam deteſtabilẽ facilius

atraheret: quaſi in laudem dn̄i noſtri ieſu chriſti
quedam miracula de infantia Saluatoris que
in libris inueniuntur apocrifis: libro legis ſue
qui Alchoranus dicitur inſeruit dicens. Qꝫ xp̄s
cum puer eſſet. de luto terre uolucres procrea
uit: et quedam alia miracula que nec in euā
gelijs continentur: nec ab ecclīa recipiuntur.
de christo predicauit. vera autem miracula
que christus indubitanter fecit quemadmoꝫ
in euangelio legimus penitus tacuit nullam
inde faciens mentionem. vt autem p̲uerſe
ſecte ſue falſitatem et irationabilia instituta
ne deprenderentur: quibuſdam quaſi honeſtis
et religioſis mandatis poſſet inuoluere: et ali
quo religionis colore ſuum excuſaret errorē
elimoſinas et orationes multas cōmendauit.
ſed ſuper omnia pro defenſione legis ſue uſqꝫ
ad ſanguinis effuſionem: et mortem ferociter
pugnare meritorium eſſe dogmatizauit. di
cebat enim ꝙ mors metuenda non eſſet: cuꝫ
deus ultimum diem et finem cuiuſlibet
preuiderit: quem nullus pōt preterire. ut
aliquo modo terminū quem deus īfalibilit
preuidit. pōt homo preuenire uel anticipare.
Quoniam autem christiani uerſus orientem
ſolent orare Iudei autem ab occidente. Ipſe
uolens aliquorum imitator reputari. vt ſin
gulariter et ſuper omnes eius auctoritas pre

herineret. nouum modum orandi inuenit
s. uersus meridiem. Ipsi autem Saraceni nec
decimas reddunt nec aliqua sacrificia faciunt
nec etiam aliquas in matrimoniis suis benedictiones
adhibentes more canum copulantur. Faciunt
autem qualibet nocte legem Machometi ab
aliquo in eminenti loco astante proclamari.
Qui cum legem Machometi sanctam et iustam
esse et ipsum summum prophetam a deo missum fuisse
in auribus omnium proclamauit. Alii omnes
respondentes affirmant ita esse. Et hoc sibi
sufficere credunt ad salutem. Attendentes
autem quod iudei secundum legem suam unum
diem Sabati qualibet septimana quiescendo
feriant. Similiter christiani diem unum s.
dominicam in honorem resurrectionis domini singulis
ebdomodis solemnizant. ut gens eius
a predictis nationibus distincta alias imitari
recusaret, sextam feriam s. diem ueneris
ipse solemniter in qualibet septimana precepit
obseruari. Ieiunia autem semel in anno per
mensem integrum fieri instituit quam nos
quatragesimam paganorum appellamus.
Ieiunant autem per totam diem nihil prorsus
manducantes uel bibentes. Nocte autem
quotienscumque uolunt comedentes et bibentes
a nullis deliciis carnalibus abstinent. per
totam noctem more pecudum uentres diuisis

ferculis uſq; ad crapulam et uomitum adim
plentes in noctibus cum fenore recuperant
que amiſerunt in die. vinum tantum in dieb;
Ieiuniorum non eſt eis licitum bibere: alijs
autem diebus a uino plerūq; maior pars Sar-
racenorum ſoleut abſtinere: et maxime qui
inter eos magis religioſi uidentur et hij qui
peregrini fuerunt machometi corpus eius in
Meccha ciuitate uiſitantes. Machometus aūt
vinum ualde uituperans fuit. Eo q sibi a ui-
no caſtermergus homo temperate neſcire
bibens exceſſum ad ſui excuſationem in uinū
retorquebat. hec eſt autem certior et magis &
euidens ratio quare a vino p̄cipiat abſtinere.
Ipī enim guloſi a nullo freno ſobrietatis abſtricti
ferunt: quotienſcumq; uinum bibunt amiſſo
rationis uſu adeo inebriantur more porcorū
nūc in luto ſeſe uoluentes proiciunt. nūc per
uicos et plateas ciuitatis titubando incedūt
et intra ſe riſantes ſeſe mutuo interficiunt.
Et quoniam uſum ueneris et luxuriam meri-
torium reputant frequentius in tempore ie-
iunij concubinis et vxoribus ſuis cōmiſcent
uel cauſa libidinis explende. uel ut plures
filios ad legis ſue defenſionem ualeant gn̄are.
Sicut autem in diuinis ſcripturis ſp̄ualiter due
diſtinguntur ciuitates coniuncte quidem &
corpore ſed diuerſe mente. vna dei alta diaboli

vna Ieruſalem . altera Babilon nuncupata .
Ita Machometus ad litteram duas ex una pte
ciuitates dei ſanctas . et omni exceptione di-
gnas . ſ. Mecham et Ieruſalem aſſeruit . Ex
alia autem pte duas ciuitates diaboli . Anthio
ciam vʒ et Romam vrbes peſſimas et exe
crabiles predicauit . Vnde Sarraceni non ſo-
lum ciuitatem mecham in qua corpus
Machometi ſepultum eſt cauſa peregrinatõis
et orõnis adeunt . Sʒ cum magna ueneratõe
ad ciuitatem Ieruſalem etiam quando a
chriſtianis poſſidebatur . a partibꝫ remotis
ueniebant in templo dñi . quod ipi rupem
ſeu templum ſalamonis appellant . orõnes
et oblationes uotiuas redituri . Et quoniam
carnalis ppls ſpiritualiũ ignarus non niſi
carnalibus facile moueretur predicauit eis
ille magr̃ erroris . ꝙ omnes ſibi credentes poſt
reſurrectionem corporum pulcherrimas in
paradiſo uoluptatis haberent uirgines et
ſpecioſas mulieres . cum magnis occulis ex-
quibus quecumqʒ uellent filios generarent .
Cum tamen dicat dominus in euangelio ꝙ
poſt reſurrectõem non nubent nec nubent .
. ſicut — ſed erunt ſancti Angeli dei et iterum hec
eſt uita eterna ut cognoſcant te uerum deũ
et quem miſiſti ieſum chriſtum . Et contra
uero antixps ille dogmatizauit dicens . hec

est uita eterna in paradiso post mortem. ut manducetis et bibatis quecumque fercula uolueritis. Quecumque etiam cibaria petieritis statim de celo mittentur uobis: omnibus autem uoluptatibus affluetis: semper gaudebitis. Nullus offendet uos: et nihil uobis nocebit. addidit preterea seductor ille. quod tria flumina. scilicet lactis mellis: et uini optimi aromatizati habunt in paradiso. Quibus in iocunditate sua quotienscumque placebit poterunt uti. Et quod angelos dei magnos et pulcros sint uisuri. Itaque ab uno oculo angeli usque ad alium sit spatium itineris diei. Multa quoque alia ita friuola et uana dixit homo ille illitteratus qui nihil ex aliquibus libris didicerat, sed asinos et camellos ut predictum est custodierat quod multi ex Sarracenis qui liberales artes nouerunt. et libros philosophorum legerunt magistri sui doctrinam derident. uitam tamen imitantur desiderio carnalium uoluptatum et timore aliorum Sarracenorum legem Machometi superficialiter uenerantes.

Capitulum 7. de morte Machometi et successoribus eius.

Cum autem annis quatraginta uitam miserabilem Machometus protraxisset et morte sibi iminente ueneno se oppressum sentiret. dixit cognatis et amicis suis quando me mortuum uideritis corpus meum

nolite ſepelire. Scio enim corpus meum poſt triduum in cellum defferendum eſſe. Cum igitur indignam uitam digna morte termi-naſſet. diſcipuli eius et ſocij non ſolum triduū ſed per dies duodecim corpus ſeruauerint expectantes utrum in celum defferetur: ui-dentes autem magrī ſui dicta prorſus irrita eſſe et effectu caruiſſe: cum iam intollerabilis eſſet fetor cadaueris. Ipm̄ corpus aqua non Lauantes ſub terra abſconderunt. Qui autē inter eos prudentiores fuerunt deprenſa ſeductōis falſitate omnia quecumq; dixerat falſa et irri-ta extimantes ab eius lege diſceſſerūt. Cum autem ad exemplum eorum omnes fere alij uellent diſcedere. Cognati Machometi et ſocij qui prius in honore et reuerentia apud pplm̄ hēbantur mesti et confuſi cum multis blā-dicijs et promiſſionibꝰ ceperunt omnibus modis ſimplices attrahere et ad Sectam pdcām aīos eorum inclinare. Quendam autem ex di-ſcipulis Machometi loco eius elegerūt quem uocauerunt Calipham quaſi ſucceſſorem ſiue heredem eo q̄ dignitatis et principatus Macho-meti ſucceſſor exiſteret. hic uero dignitatem et poteſtatem adeptus cepit ptim blandicijs partim cominationibus: et metu pplos ad ſe reuocare et multitudinem hoīum congre-gare. Quidam autem ſocius Machometi i

Achali nomine contra p̄dictum caliphaṁ inui-
dia concitatus et indignatione cōmotus concu-
piſcentia lucri. et ambitione ſecularis dignita-
tis tractus. modis quibus potuit per ſe et per
ſuos ſe eidem opponens: et multipliciter expu-
gnans non ceſſauit donec ip̄m a p̄ncipatu re-
mouit.

Capitulum octauum. De Calipha Egiptio.

POſt hunc uero quidam Patruelus Macho-
meti nomine Aly. cum optinuiſſet p̄n-
cipatum vehementer comoueri cepit et in-
dignari. q̄ ſucceſſor Machometi uocaretur cum
ſe digniorem ip̄o Machometo reputaret: et p̄phaꝫ
eximium. cui dn̄us familiarius q̄ Machometo
locutus fuiſſet: ſe uellet ab omnibus extimari.
Hic igitur et complices eius legi Machometi
maxime detrahebant. et in ip̄m multa maledc̄ta
p̄ferebant: alios ritus: et alias inſtitutiones.
et alium orandi modum q̄ tradidiſſet Macho-
metus predicantes. Illi autem qui legem Ma-
chometi tenere uoluerant in partibus orientis
Caliphaṁ baldacenſem ſtatuerunt. qui in tāto
honore a ſuis h̄etur. q̄ niſi mandato et auctori-
tate illius nullus q̄ tumcūqꝫ potens aut nobilis
appelletur Soldanus. Et omnes eius ſubditi
tam reges q̄ alij pedes eius ad terram uſqꝫ pro-
ſtrati reuerenter oſculantur. Succeſſores aūt
haly de quo ſuperius fecimus mentionem q̄

ſingularem orientis Calipham ſedem ſuam ere-
xerunt in terra Egipti multis diuitijs et delicijs
afluentes. Unde inter egiptios: et alios orienta-
les populos magna ſemper ex tunc fuit diſceſſio
et odium implacabile: et in lege diſcordia: et
contradictio Sarracenorum pplis in duas ptes
diuiſis. quadam pte haly et eius ſucceſſoribus
adherente: maiori tamen pte conſentiente ma-
chometo. Poſtq̄ autem Saladinus tpralem ad-
miniſtratioēm Egipti dn̄o ſuo calipha egiptio
adeptus eſt. timens ſibi eo q̄ caliphe nec in-
uento multis eum accuſantibus erat ſuſpect᷒
Ut ipē Saladinus ad nullum ſupiorem hr̄et
reſpectum. ſed ipē ſibi et Soldanus eēt et calipha
acceſſit ad dn̄m ſuum Calipham egiptium et
tanq̄ ei ſolitam et debitam uellet exibere reue-
rentiam. Et claua ferrata quā geſtabat in ma-
nibus ex improuiſo ipm̄ ad terram pſtratum
deiecit. et per proditioēm occidit. om̄s autem
eius filios et cognatos et ſpeciales amicos uel
interficere iuſſit uel carceri in perpetuū man-
cipari. Ex tunc Soldanus Baldacenſis ſolus
monarchiam et dignitatem tam ſup egiptios
q̄ ſup omnes alios orientales optinuit. Saladiō
compellente. Egiptios ut ei concorditer obedi-
rent. et nullum calipham alium inſtituere
preſumerent. Nec ritus alios q̄ alij orientales
obſeruaret.

Cap^m 9 de Calipha occidentali maramumellino.

PRinceps autem occidentalium Sarraceno-
rum qui legem Machometi obſeruant
potentiſſimus. qui caput et imperij ſui
dignitatem et regni ſui ſolium in ciuitate Maroch
que quondam cartago dicebatur collocauit. et
non ſolum ethiopie et affrice. ſed etiam iſpanie
magna ex parte dnatur orientali caliphe cum
uniuerſo pplo ſuo ſubiectus eſſe recuſauit. ſed
ſe ipm regem et Caliphaam reputans Miramu-
mellum i. regem credentium ſc. et eius omnes
ſucceſſores precepit appellari. Lingua enim eorum
mira idem eſt qd rex. mumellim autem cre-
dentium interpretatur. Unde inter orietales
et occidentales Saracenos magnum eſt Sciſma.
et diſcenſiones qplurimum utiles chriſtiams.
Eo q iſti illis in prelijs et expeditionibus contra
nos renuunt preſtare ſubſidium regno eorum
in ſe ipſo diuiſo et ex magna parte deſolato.

Cap^m 10 de Gentilib qui lege Machometi ſuſcipe noluert.

COpioſa tamen gentilium et idolatrarum
multitudo et hi maxime qui Septentriona-
lem inhabitant regionem circa paludes
Merechida. et in partibus Bulgarie et Comanie
uſq ad fines ungarie. et qui in confinio regni
Dacie. et in alijs partibus adiacentibus commo-
rantur. Machometi legem ſuſcipere renuerunt
Et quia ab alijs Sarracenis orientalibus et oc-

cidentalibus ualde remoti ſunt / per metum ſeu
per uiolentiam non potuerunt compelli . unde
uſq; hodie quidam eorum errorem uetuſtum re
tinentes ydola colunt uenerant^r et adorant . Alij
autem more pecudum . nec legem nec ſcripturã
aliquam . nec litteras ullas hñtes : arbores et
arbuſtas . et pecudes . et gñaliter quicquid in
mane caſu aliquo primum eis occurrerit illd
pro deo reputantes p totum diem colunt et
adorant . Quidam autem ex eis ſe uerum et
ſūmum deum ignorare confitentur putãtes
tamen deum ignotum aliquo placare ſacrifi
cio et obſequio uenerari . Carnes uel panem
ſeu aliam huiuſmodi oblationem in altum
proiciunt in honore illius qui deus eſt et
habitat in excelſis clamantes et dicentes /
eius ſit hec oblatio qui eſt ſuper omnes et ſūme
diuinitatis inter alios optinet pncipatum .

Capitulum vndecimum . De Turchomanis

AB his autem Septentrionalibus Sarãceis
qui Comani nuncupantur . Principium
et originem hi qui Turchomani dicunt^r
et in terra turchorum inhitant traxiſſe credũt ,
vnde nomine compoſito a turcis et comanis
appellantur Turcomani . De Turcis ſiquidez
ex antiquis orientalium hiſtorijs certum hẽm^o
q ex Septentrionali regione exeuntes p perſarũ
fines ingreſſi . non ſolum regionem illam : ſ;

uniuerſas fere orientales prouintias armata
manu occupauerunt uiolenter . Ex tunc autem
gens prius rudis et inculta non habens certam
manſionem : ſed paſſim cum vxoribus et filijs
et pecoribus uagans et paſcuorum comoditate
ſectans Regem ſibi prefecit . et oppida poſſidē
incipiens agriculture dans operam que prius
de peculio tantum uiuebat . et iura ſibi ciuilia
conſtituens . hi autem qui in ſua ruditate pma
nentes priorem uiuendi modum deſerere nolue
runt appellati ſunt Turchomani . In multis
autem qui biduini dicuntur imittantur Sar
racenos . differunt tamen natione / et quibuſdā
alijs conſuetudinibus uiuendi .

Capitulum duodecimum . De Biduinis

Biduini enim ex Arabum gente pncipalr
duxerunt originem . ex quorum ſtirpe
dicunt deſcendiſſe Machometum . hi at
dogmatizantes q diem mortis a deo ſibi conſti
tutum nec preuenire poſſunt . nec preterire
nunq armati pugnam procedunt / ſed ſolū mo
camiſiati peplis more feminarum capita uol
uentes / lanceis et enſibus tantummodo utē
tes . arcubus autem et ſagittis more aliorum
Sarracenorum pugnare dedignantur . Et licet
leuiter et de facili conuitantur in fugam alios
tamen Sarracenos timidos et ignauos reputat
qui Spiculas et ſagitas a longe iaculantur

Sunt autem non ſolum chriſtianorum: ſed etiaȝ
ſarracenorum proditores mendaces et ĩconſtã
tes: amici fortunę: et duplici uia gradientes. his
quos cernunt preualere libenter adherentes.
portant autem in capitibus pileos rubeos cũ
peplis. In tentorijs de pellib9 aĩalium hĩtantes.
ouinis etiam pellibus. et caprinis plerumqȝ
ueſtiuntur. nullam autem habentes certam
manſionem. in campeſtribus et paſcuis per
tribus incedentes uagi habitant. et paſcuarũ
ubertatem: ſectanteſ diuerſas regiones circũ
eunt: Lacte uiuentes: et aĩalium copiam ſecũ
trahentes. Ipſi penitus otioſi: tam equorum
q̃ pecorum uxoribus ſuis ꝓcurationem reli
quunt. Ex orientalibus autem nonnulli le
gem Machometi cuſtodiunt. excepto ꝙ more
chriſtianorum ad ortum ſolis adorant. eo ꝙ
pr̃es eorum qui chriſtiani fuerunt hũc mo
dum orandi eis relinquerunt / ab alijs Sarra
cenis heretici et ꝓphani reputantur. Ex qb9
non nulli ipm̃ ſolem deum ſummum reputãt
eo ꝙ inter omnes creaturas uiſibilem prece
dentem habeat pulcritudinem.

Capitulum. 13. De ijs qui Legem habent occultã

SVnt inſuper quidam alij miſerabiles ho
mines in montanis circa iuga libani
in partibus tripolitanis cõmorantes
qui licet ex parte magna legem Machometi

ſeruent: dicunt tamen ſe legem quandam oc-
cultam hr̄e. quam non licet alicui reuelare niſi
filijs eorum cum iam adulte ſint etatis. ut ſe
creta pueriliter non reuellent. uel mortis peri
culo iminente. Cum patres in extremis labo-
rantes ſpem euadendi non habent. uxores
autem et filie legem maritorum et parentum
ſuorum ignorantes: legem illam ducunt ſe
credere. Et ſi forte filiuis leuitate aliqua legē
illam quam uocant oecultam matri ſue reue
laret / uxor a marito: et filius a patre abſq;
ulla retardatione necarentur. hi autem pret'
morem aliorum paganorum uinū bibūt et
carnes porcinas edunt: et ab omnibus alijs t
tanq̄ heretici legis reprobantur. hi autē peſſiā
et abhominabilia. et ſexui femineo contraria
in occulto turpiter operantes ſicut illis narrā
tibus qui ab eis receſſerunt cognitum eſt: ti-
ment ne uxores eorum eos relinquerent licet
contemptui haberent ſi execrabiles ritus eorū
et inmūdicias ſecte peruerſiſſime cognoſce-
rent.

Capitulum quartumdecimum. De aſſaſſinis.

Illi prouintia autem phenicis circa fineſ
ciuitatis auteradenſis que hodie uulgariť
appellatur Tortoſa. Quidam populus
Scopulis et montibus undiq; circum cluſus
inhabitabat. habens caſtella decem fortiſſima

et propter uiarum anguſtiaſ et rupes inacceſ
ſibiles inexpugnabilia cum ſuburbanis et ual
libus omnibus: fructuum et frugum fertilitate
fecundiſſimiſ et amenitate iocundis. horum
autem hominum qui aſſaſſini uocantur qua
traginta milium dicitur excedere multitudo.
Preficiunt autem capitaneum non ſucceſſioē
hereditaria ſed meritorum prerogatiua. quē
ipi ueterem ſeu ſenem appellant: non tam pro
uecti etatis ratione: q̄ prudentie et primitatiſ
p̄hemmentia. Primus autem et ſūmus in-
fauſte religionis eorum eſt abbas. Et locus
unde principium habuerunt et a quo Siriā
uenerunt in partibꝫ eſt orientalibus ualde
remotis uerſus ciuitatem Baldecenſem. et
partes perſidis prouintie. hi autem ungulā
non ſcīdentes. nec ſanctum a pphano diſcer-
nentes. omnem indiferenter obedientiam ſe
niori ſuo exhibentes ſibi credunt eſſe uite etne
memoriam. unde tanto ſubiectionis et obediētie
uinculo magr̄o ſuo. quem ſenem nominant
aſtringuntur. qd nil ita piculoſum eſt aut
difficile qd ad mandatum dm̄i ſui ilari aio
et ardenti uoluntate amplecti et pficē uereātſ.
Senex autem aliquos eorum pueros de pplō
illo in locis ſecretis et delectabilibus facit nu
triri diuerſis idiomatibus quibꝫ diligenter
imbutos et inſtructos ad uarias mundi pro uincias :~

uintias mittit cum cultellis. Et potentes homines tam ex christianis quam ex Sarracenis uel quia ex aliqua causa eos habet odio. uel ad preces amicorum suorum. seu etiam propter inmensum pecunie precium sibi datum mandat occidi. promittens propter huius mandati executionem longe maiores delicias habituros sine fine in paradiso post mortem quam sint ille in quibus fuerunt enutriti. Quod si propter huiusmodi obedientiam eos mori contigerit martires a suis iudicantur. Et inter sanctos ab illo populo deputati in summa habentur reuerentia. Parentes autem eorum a magistro qui Senex dicitur multis muneribus ditati. si serui fuerint decetero liberi dimittuntur. Unde miseri et seducti adolescentes de conuentu predictorum fratrum ad uarias mundi partes transmissi cum tanto gaudio et desiderio legationem mortiferam susceperunt cum tanta diligentia et sollicitudine perficiunt se se uariis modis transfigurantes. et aliarum nationum ritus et habitum sibi assumentes aliquando in specie mercatorum. quandoque in specie clericorum seu monacorum et infinitis aliis modis se se occultantes quod uix aliquis in uniuerso mundo adeo cautus est. qui sibi possit ab eorum insidiis precauere. Contra inferiores personas aliquid machinari dedignantur. potentes autem quibus ipsi aduersantur uel pretio magno se redimunt: uel armati incedentes

cum caterua ſatellitum : cum ſuſpitione et metu
mortis ſemper incedunt . hi autem ſuper omnes
ſarracenos legem Machometi et eius inſtituta di-
ligenter et artiſſime ſeruarunt uſqꝫ ad tempora
cuiuſdam magr̄i ſui : qui naturali preditus in-
genio diuerſarum ſcripturarū exercitatus ſtudio
christianorū legem . et christi euangelia cepit cū
omni diligentia legere et ꝑſcrutari admirās
miraculorum uirtutes : et doctrine ſanctitatē
Ex quorum comparatione friuolam et in ratio-
nabilem cepit abhominari Machometi doctrinam .
Et tandem cognita ueritate ſubditos ſuos artibus
maledetem legis ſtuduit paulatim reuocare .
Vnde exhortatus eſt eos . et mandauit ꝙ uinū
cum modeſtia biberent et carnes porcinas come-
derent . Tandem uero poſt multas admonitiōes
et uarias doctoris ſui ꝑ̄dicatiōes in hoc omnes cō-
corditer conſenſerūt : ꝙ relicta Machometi ꝑfi-
dia precepta christi obſeruarent et baptiſmi grā
efficerentur christiani . ita tamen ꝙ eiuſdem eēnt
conditionis et libertatis ut alij christianorū legi
ſubiecti . Erant enim tunc temporis frib; militie
templi tributarij duo milia biſanziorum eiſdē
annuatim perſoluentes . pro ſecuritate cuiuſdā
terre ſue : que in confinio dictorum fratrum ſita
erat . qui multas ei moleſtias occaſione uicinita-
tis inferre conſuerunt . Prefatus autem aſſaſſi-
norum magiſter unum ex familiaribus ſuis

virum eloquentem . prudentem et ſtrenuum . de
quo plurimum confidebat miſit ad Regem Iero -
ſolomitanum . Rex autem intellecta legationis
cauſa . pro tanti populi uiſitatione . et tot animaꝝ
a laqueis diaboli liberatione deo grãs agens . im̃
cũ Senis cum ſummo gaudio et honore magno
ſuſcepit . Et ipm̃ ad propria reuertentem ut dño
ſuo bonam regis chriſtianorum et magnũ deſide -
rium referret . uſq; ad fines terre ſue deduci p̃cepit .
Qui dum fines ſuos iam fere ingreſſurus Tripolꝫ
pertranſiſſet . Quidam ex noſtris vir Belial et Ini -
quus dei timorem ante oculos non preponens ho -
minem de regio ducatu et fidei chriſtianorũ ſin -
ceritate confidentem improuiſum nil tale ſibi
metuentem . in detrimentum chriſtiani nominis
et maxime orientalis ecclie occidit . vnde populus
ille qui tanq̃ planta nouella nondum plene radi -
cata erat in fide ſuſpectus cum ira magna et in -
dignatione fidem noſtram reſpuens . et iroꝝ ini -
micorum conſortium habens ab tam ſcto et ho -
neſto propoſito reſiliuit . et uſq; ad tempus p̃ns
chriſtianos et dei ecclam pſequi et infeſtare non
pretermiſit . in uno igitur corporali homicidio pre -
dictus ille proditor animas ĩnumeras interfecit .
his igitur et alijs innumeris monſtruoſis hoib;
miſerabilis regio orientalis corrupta eſt . Et alie
q̃ plures eius pniciosō infecte ſunt exemplo et coi -
quinate contagio . Nec inuentus eſt aliquis uir

catholicus qui ſe murum pro domo domini tante
peſti ualeret opponere: eo q Sarraceni contra legē
ſuam predicatores non admittunt. Et quia maxe
ante maledicti Machometi tempora tanta pfidoꝝ
hereticoꝝ multitudo aduerſus paucos fideles pre
ualens orientalem uaſtauit eccleſiam q pauci
uel nulli inuenti ſunt in partibus illis prelati q
ad beſtias Epheſi pugnarent uel caperent uulpe
culas. vineam domini Sabaot demolientes et ei⁹
tunicam in conſubtibilem Laniantes. Quando aūt
hec peſtis fuit recentior. tanto fuit feruentior.
vnde ſicut ſuperius tetigimus. homar Princeps
arabie potentiſſimus in errore Machometi ferue
tiſſimus. et tertius eius ſucceſſor tpre Eraclij Im
peratoris Sanctam deo amabilem ciuitatē cum
uniuerſo regno Ieroſolomitano oppreſſerat et ti
ramnidi ſue ſubiugauerat. q populum chriſtia
norum in ciuitate comorantem non ſolum ſibi
tributarium fecit ſed oppreſſum calamitatibus
extremis ſibi conditionibus ſeruire coegit. Peccatis
igitur exigentibus chriſtiani in ciuitate ſancta
et in partibus adiacentibus comorantes p qua
tricentos nonagita annos Iugum duriſſimum
infidelium et crudelium perpexi ſūt dnorum.

Capm. iij. ad quantam miſeriam deuenit orietal' eccia.

CVm igitur orientalis ecclia ab origine
ſua inſtar illius regine que a dextris re
gis in ueſtitu deaurato circumdata uarie

tate aſtitiſſe perhibetur. prerogatiuam religionis
finierit. et ſue lucis primitiuos radios ad partes
occidentales tranſmiſiſſet. a tempore perfidi Ma
chometi uſque ad tempora nrã conſeneſcentis mundi
die urgente ad ueſperam eclipſim paſſa tetendit
ad occaſum. Imo fere peruenit ad defectum. Et que
crebris oppreſſionum concuſſionibus concuſſa
ſeuientis inimici librantem haſtam cedere ne
ſciens ad pugnam edocta conſtanter ſubſtinuerit
falacibus pſeudo prophete perſuaſionibus et car
nalis uoluptatis illecebris fluxibus emolita
et miſerabiliter irreptita quinymo grauiter
ſauciata ſuccubuit. et ampliata eſt ſtercore que
nutrita fuit in eccliis. Et propter hec a dño derelicta
eſt. tamquam umbraculum in uinea: et tamquam tugu
rium in cucumerario que tamen in quibuſdam
membris ſuis quaſi pauci racemi finita uende
mia. et pauce oliue poſt concuſſionem oliue qui
Iob in terra hus. et Lot in regione Sodomorum.
quaſi lilium inter ſpinas. Inter maleum et in
cudem adhuc perſeuerans cogitur proclamare o
uos omnes qui tranſitis per uiam attendite
et uidete ſi eſt dolor ſicut eſt dolor meus filios
enutriui et exaltaui. Ipſi autem ſpreuerunt me.
Quomodo obſcuratum eſt aurum: mutatus eſt
color optimus. Nolite me uocare Neemi idest
pulcram. Sed uocate me maram. i. amaram quia
amaritudine repleuit me omnipotens.

amplectata

Capitulum . 16 . De uiſitatione terre ſcte per Petrum heremitam et occidentales populos .

His et conſimilibus uocibus paupercula
uidua tempeſtate diuulſa dum cla-
mare non ceſſaret et coram pyſſimo
dño genua flectere et ad hoſtium miſericõdie
eius afflictionem et humiliatioẽ eius reſpi-
ciens dñs . Cuidam pauperi et religioſo hoĩ
de regno francie in Albianenſi epatu uitam
heremiticam agenti qui Petrus heremita
dicebatur Inſpirauit quatenus ſepulcrum
dñicum et loca religioſa et reuerenda que
cum multo labore et piculo uiſitaturus eẽt
Ierosolimam adiret . Cum igitur ad portam
ciuitatis peruniſſet . dato aureo nũo pro in
greſſu ianitoribus qui a peregrinis recipie
bant tributum . videns loca ſancta ab impys
irreuerenter tractari . virum etiam uenera
bilem Symonem Ciuitatis Patriarcham unà
cum ſubditis ſuis tanq̃ uille mancipium cũ
omni abiectione innumeris oppreſſionibus
affligi : ſicut erat uir ſanctus et ualde com
patiens et ſuper afflictos pia geſtans uiſceã .
cepit dolere uehementer et contriſtari : et ua
rys modis ſecum anxius cogitare : ſi quo mõ
poſſet afflictis ſubuenire . Cum autem qua
dam nocte in ecclia dominice reſurrectionis
dño ſupplicans pnoctaret . Longo uigiliarũ

Labore fatigatus ſupra pauimentum ecclie ſom
no humaniter irruente cepit paululum dõmitare.
dominus autem nr̃ ieſus chriſtus apparuit ei ĩ
ſomnis. Iniungens ei legationem ad dñm pa
pam. et Principes chriſtianos occidentales pro
liberatione terre ſancte. Ipe uero diuina rela
tione confortatus: et çelo caritatis ſuccenſus
cum litteris predicti Patriarce Simeonis et ali
quorum fidelium Ierosolimis cõmorantium
Primo dñm papam Vrbanum petijt a quo be
nigne receptus italiam tranſcurrens et alpes
tranſiens tam principes occidentales: q̃ infe
riorem pplm ſolicit admonendo et uarijs ex
hortationibus: ſicut erat uir prudens, et potẽs
in opere et ſermone: modico tempore multorum
animos ad ſuſcipien peregrinationis ieroſolo
mitane laborem inclinauit dño cohoperante.
et Legati ſui ſermonibus copioſam grãm lar
giente. non multo autem tempore poſt. vene
rabilis pater apoſtolice ſedis antiſtes vrbanus
Petrum predictum in gallia ſecutus. Conuoca
to generali concilio apud Clarum montem al
me Ciuitatis calamitatem: et oppreſſiones fi
delium in terra ſancta cõmorantium: et tam
dominicum Sepulcrum q̃ alia Loca ſancta ab
Inmũdis canibus conculcata et pphanata di
ligenter expoſuit. omnibus quos ſp̃s ſanctus
ad ultionem iniuriarum crucifixi et terre ſcte

Liberationem inſpiraret. tam ſanctam et deo placi
tam peregrinationem remiſſionem oīum pecca
torum iniungens. Semen autem diuini uerbi
in terram bonam et fertilem cecidit per gratiaꝫ
domini qui uerbum dedit euangelizari ſeruo
ſuo uirtute multa. Nam in eodem ſermone multi
qui preſentes fuerant ſigno ſalutifere crucis in
humeris ſuis affixo ſeſe uoto peregrinationis
dn̄o obligauerunt. Quorum p̄mus fuit vir
uenerabilis et ſancte conuerſationis Epiſcopus
podienſis: cum multis alijs tam Nobilibus q̄
inferioribus viris. Prelati autem eccliarum et
alij uiri prudentes et litterati ſecundum q̄ in
mandatis acceperunt. tam in utroqꝫ regno q̄
imperio talentum ſibi creditum cum omni pro
uidentia et ſolicitudine multiplicantes innu
meram tam nobilium q̄ aliorum multitudinē
ſignauerunt. Inter quos ſe ipsi et p̄heminētiores
extiterunt Dux Nomanorum. Comites Tolo
ſanus et Sc̄i Egidij. et flandenſium. Bleſentiū
et carnocenſium. Ugo frater regis francorum
Gotifredus dn̄us Buillum. Dux ortaringie cuꝫ
fratre ſuo Balduino. de Regno etiam Sicilie Boe
mundus cum Tancredo cognato ſuo.

Capitulum. xvii. de peregrinatione cruce ſigna
torum. Et de hijs que ſubſtinuerunt in uia.

Anno igitur ab incarnatione dominica.
Milleſimo nonageſimo ſexto. Petrus here

mita copioſam utriuſq; ſexus ſecum trahens mul
titudinem Theotonicorum regnum tranſiens per
partes ungarie conſtantinopolim peruenit. mlta
autem in uia illa a gente burgarorum paſſus in
comoda de exercitu ſuo fere decem milia amiſit
in prelio. Currus autem et plauſtra uſq; ad duo
milia cum paruulis et mulieribus et diuitijs
multis. et uaria ſuppelectilia a predictis barba
ris. et impijs hominibus detenta ſunt. et uio
lenter ablata. Eodem ſiquidem anno Principes
Comites. et Barones cum innuābili populo ex
omnibus tribubus. et linguis et nationibus
non ſimul: ſed ſucceſſiue et ſeorſum. propter
hoſpitiorum et uictualium comoditatem uſq;
Conſtantinopolitanā urbem ſubſecuti ſūt petrū
Traditis autem ſibi ab Alexio grecorum īpatē
ducibus itineris qui plenam Locorum habebat
peritiam et experientiam tranſmiſſo heleſpon
to qui hodie brachium ſancti Georgij dicitur
cum uniuerſis Legionibus Nichenam p̄uene
runt ad urbem quam nr̄i cum multis machi
nis et bellicis inſtrumentis. multipliciter et ui
riliter cum ſūmo labore expugnantes. Ciues ad
deditionem coegerunt. Et eam in manus im
peratoris conſtantinopolis relinquentes ua
rijs tranſcurſis regionibus. et prolixi itineris
diuturno labore plurimum fatigati menſe
Septembris ante ciuitatem Antiochiam que

tunc Sarracenorum ſubiecta erat dominio caſtra locauerunt.

Capitulum 18. De obſidione et captione Antiochie.

Cum autem per menſes fere nouem in obſidione ciuitatis continuo laboraſſet et uarijs tribulationibus oppreſſi videlicet fame et frigore et hiemalibus imbribus et multis modis egritudinibus et diuerſis mortis generibus a Turchis in ciuitate comorantibus ſibi illatis parum profeciſſent. Nec ullis bellicis inſtrumentis contra munitiſſimam ciuitatem preualerent. Reſpexit dominus afflictiones populi ſui per quendam fidelem xpianum in ciuitate ſub infidelium dominio comorantem qui de nocte per ſcalam dominum Boeamundum principem Tarentinum clam cum militibus ſuis in ciuitate recepit. Illi uero portas urbis nostris aperientes interfecto eius duce nomine axiano cum alijs fere undecim milia militibus, quibuſdam autem uinculis mancipatis et compedibus alligatis Ciuitatem nobilem multarum prouintiarum a diebus antiquis metropolim et moderatricem dante domino poſſederunt anno gratie millesimo nonageſimo octauo die tertia menſis Iunij.

Capitulum 19. De pugna xpianorum contra Corbagath et de eorum uictoria.

Sed quoniam pauca admodum in ciuitate victualia reppererunt diuturna famis

inedia laborantes: ex magna p̄te cum ſuis equis
conſumpti ſunt. Princeps enim Perſarum po-
tentiſſimus cum innumerabili turcorum ex-
citu quendam militie ſue principem Corbagath
nominatum quem nr̄i uulgariter corberam
appellant in auxilium miſerat ariani: et ſuoz
qui nr̄os intra ciuitatis ambitum ex omni p̄te
concluſerat multitudine pugnatorum adeo
premens obſeſſos, q̄ abſq̄ mortis periculo null9
exire ualebat. Tandem autem perurgente
fame et inedia intollerabili compellente de
neceſſitate facientes uirtutem pauci contra
multos ad prelium coacti ſunt exire. Lancea
dn̄i ſancta qua latus eius in cruce fuerat per-
foratum: que paulo ante per reuelationem re-
perta ſub terra fuerat: eos pro uexillo precedē-
te. Noſtris autem egreſſis ex urbe non inhu-
mana uirtute nec in pugnantium multitudīe
ſed tantum in dn̄o confidentibus. Ros de ſupi9
infuſa conſolatione mirabili ip̄orum animos
exilarans equos debiles et macilentos et iaz
fere deficientes ſubito robore recepto miracu-
loſe confortauit. Ex quo factum eſt q̄ noſtroz
exercitus ĩnumeram infidelium multitudi-
nem audacter aggrediens et brachio forti et
extento uiriliter pugnans diuino protect9
adiutorio glorioſe de hoſtibus triumphauit
aliis gladio trucidatis: aliis terga uertētibus

et equorum uelocium preſidio fuga elapſis. No
ſtri uero qui ſuprema paulo ante laborauerant
inopia ad hoſtium caſtra reuerſi tantam auri et
argenti et equorum et uictualium copiam in
uenerunt ut omnes cumulati diuitijs et uictua
libus supramodum abundantes cum hymnis
et laudibus ciuitatem ingreſſi dn̄o pro tanta
uictoria gratias rettulerunt. Poſt hoc uero do
minium ciuitatis Boemondo concedentes
ordinatis eccleſijs et clero in ciuitate relicto
ſtipendijs unde poſſent ſubſtentari aſſignat
in ecclia catedrali applorum pn̄tipis patriacha
conſtituto ad uoti complectionem unanimit
aſpirantes / feruenti animo et intenſo deſiderio
uſq3 ad partes Ieroſolomitanas iter ualde la
borioſum et piculoſum per anguſta in arū
et anguſtias hoſtium aggreſſi ſunt.

Capitulum. 20.. De obſidione et Captione
ciuitatis ſancte Jeruſalem.

POſtq3 uero dn̄o deuotus exercitus nec
labore uictus / nec morte uincendus
per medias circumſtantium regiones
Inimicorum Ieroſolimorum montana conſce
dens ante ſanctam ciuitatem peruenit tento
ria figens. et caſtra ſecundum militarem diſci
plinam collocans. Ex omni parte ipſam urbē
obſidione uallauit. Erectis autem petrarijs
et alijs bellicis Inſtrumentis / et ſcalis muro

aplicatis multum laborantes parum in principio
profecerunt. Quibuſdam enim ex noſtris ſagittarum
imbre grauiter ſauciatis: alijs uero molarium
immiſſione peremptis. Machinis etiam ligneis
ex magna parte igne ſuccenſis ab ijs qui in ciui
tate fortiter reſiſtebant maxima perpeſſi ſunt
detrimenta. Tandem uero in domino fiduciam reti
nentes de ſupernis auxilium inuocantes quadam
feria ſexta que ſpecialiter dies eſt crucifixi ardore
animi ſuccenſi crucis ſigno muniti prompto animo
pro illo mori parati qui pro ipſis eo die mortuus
eſt: ſtrenui dei pugiles ſcalas muro innitentes
per ſagittas et ſpicula per lapides ſuperuenientes
et ingentia ſaxa per gladios lanceas et ignes
ſupra muros aſcendendo omnes fere Saracenos
quos in ciuitate repererunt iuſto dei iudicio
trucidantes. tanto tempore ab impijs occupa
tam diuino freti auxilio recuperauerunt ciui
tatem chriſti et chriſtianorum hereditatem a
perfidis liberantes. Anno incarnati uerbi mil
leſimo nonageſimo nono. Suriani uero et alij
fideles ab intollerabili iugo ſeruitutis liberati
ad celos manus tendentes. et pro ingenti gau
dio lacrimantes Petro heremite qui ad eorum
preces pridem legationem pro liberatione ci
uitatis ſuſceperat deo et ſancto uiro gratias
agentes occurrerunt. et tam ipſum quam uniuerſum
exercitum cum cereis et crucibus: cum hymnis

et canticis ſpiritualibus ad dominicum ſepul
crum deducentes. Poſtq̄ oīpotenti deo qui proſ
perum iter eorum fecerat multiplices gratiaꝝ
actiones nr̄i principes cum uniuerſo populo
reddiderunt. et alia loca ſancta deuotiſſima
cum orationibꝫ et oblationibus uiſitauerūt
Inſtituentes patriarcham latinum et tam
clerum q̄ ecclias ordinantes Gotofredum
dūm de Boilone milite ſtrenuū. et dn̄o et
hoibꝫ virum multum acceptum dn̄m Ciuita
tis unanimiter elegerunt. qui licet ciuitatis
adminiſtrationem ad multarum precum
inſtantiam ſuſcepiſſet pre reuerētia tamen
dn̄i et cordis humilitate noluit Rex appellaī
nec coronam auream deportare. Vbi dn̄s nr̄
Spinis coronatus fuit pro redemptione noſtra
et totius mundi ſalute.

Capitulum xi. qualiter aliq̄bus recedentibus aliqui
qui remanſerūt xp̄ianoꝝ fines uiriliter ampliauerunt.

POST liberationem ciuitatis ſancte
multi ex nr̄is voti ſui finem aſſecuti
et deſiderio ſuo completo ad propria
cum gaudio ſunt reuerſi. Alij uero magnam
mi et magnifici uiri prudenter attendentes
q̄ ciuitatem non poſſent retinere. niſi fines
ſuos ualerent ampliare. et hoſtes uicinos a ſe
Longius propulſare. ut hoſtie ſue finem con
ſumationis apponerent. et ſecundum p̄ceptū

dominicum non ſolum caput ſed et caudam in
ſacrificio offerrent preelegerũt in ſumo pꝛiculo po
tius remanere q̃ ciuitatem relinquere. Et q̃uix
eſſent mũo paucissimi reſpectu circuſtantium
nationum: et undiqꝫ infidelium multitudine
vallarentur: hñtes Arabes. moabitas. et ami
nonitas ab oriente. ydumeos. Egiptios. et phili
ſteos a meridie. Ciuitates autem maritimas
Tholomaydem ſiue Accon. et Tirum. et Tripo
lim. omſ qꝫ alias uſqꝫ Antiochiam ab occidẽte.
Tiberiadem uero et Ceſaream Philippi et regiões
de Capoleos / et damaſcum a Septemtrione: ma
luerunt tamen aĩas ſuas pro christo morti ex
ponere. q̃ miſſa manu ad aratrum retro reſpicẽ
et negocium imꝑfectum relinquere. Et quoniã
hec ſancta animalia cum ambularent non re
uertebantur ſed preteritorum oblita in anteriora
ſe extendebant. nil putantes actum cum quid
ſupereſſet agendum. dñs erat cum eis conſo
lando eos et confortando. Et tantum timoris
et formidinis aculeum inimicis circũquaqꝫ
immitendo. q̧ unus ex eis pſequebatur mille et
duo decem milia. Vnde non in fortitudine ſua
nec in multitudine ſꝫ in ſola dei protectione ſpẽ
hñtes et ſalutifere crucis vexillum ſecum ſẽp
in prelio defferentes. Inimicis partim fugatis.
partim trucidatis: partim carceri mancipatis
urbes munitiſſimas. et caſtra inexpugnabilia

chriſto ſubiecerunt. Terram ſanctam de manibus impiorum tam feliciter q̄ fortiter eruentes.

Capitulū. 22. De hijs ciuitatibꝰ quas ſub Duce Gottifredo noſtri ceperunt.

IN primis autem auſpicijs expeditionis ſue ciuitatem Ioppen in littore maris ſitam obſidione ualantes. et fortiter expugnantes ceperunt. Vt ij qui de partibus tranſmarinis ad ſubſidium chriſtiani exercitus nauigarent. Naues ſuas collocantes ſub dicta ciuitate portu habere ualerent. Ramulam etiam que a q̄buſdā Ramatha dicitur in campeſtribus ſitam ciuitatem quidem populoſam et muro ualido circumdatam et turribus excelſis munitam. Caliphā autem que alio nomine dicitur Proſiria ī littore maris ſub prima parte Carmeli. montis ſitam ab Accon quaſi miliaribus quattuor diſtantē. Et poſt Tyberiadem ciuitatem in galilea ꝛ ſupra ſtagnum Geneſareth ſitam. qui ab eadē ciuitate mare Tiberiadis dicitur et etiam mare galilee plerūq; nuncupatur. Anno primo poſt captionem Ieruſalem nr̄i ſub duce noſtro Strenuo Gottifredo ſubiugauerunt.

Capitulum. 23. De Primo Rege Ieroſolomitano latino Balduino. et qualr̄ optinuit oppidū Aſſur.

Ipſo uero in fine eiuſdem anni uiam uniuerſe carnis ingreſſo. frater eius Balduynus miles in armis ſtrenuus ab annis adoleſcētie

ſue:~

ſue prelijs exercitatus de comuni omnium aſſenſu
electus eſt in dominum et in Regem Inuictus Ipſe
autem uir militaris . in agendis et in negotijs ſuis
prouidus et ſolicitus cum ſūmo ſtudio fines ſuos
et Regni anguſtias cupiens dillatare auxilio fret⁹
Ianuenſium : quorum claſſis in portu Ioppen ı
ueris Inicio applicuerat . oppidum maritimuꝫ
Aſſur expugnauit . quod alio nomine Antipa
trida dicitur ab herodis genitore antipatre ſic
dictum Inter Ioppen et Ceſaream ſitum in loco
Siluis condenſis amenum et paſcuis herboſis
fecundiſſimum . ~

Capitulum . 24 . De Ceſarea maritima ~

Post hec uero predictis Ianuenſibus opeꝫ
ferentibus Ceſaream Paleſtinam terra et
mari obſidione uallatam ſibi ſubiugauit .
Hec autem Ceſarea anteꝙ̄ herodes qui pueros
interfecit in honore ceſaris eam ampliaſſet
Turris ſtratonis nomen hebat que ſup maris
littora ſita comodum portum non habet ortoꝝ
autem et paſcuorum et aquarum fluentium ꝛ
plurimam habet ubertatem . Ipſa uero metro
polis eſt paleſtine ſedis . In hac autem beatus
apoſtolus paulus longo tempore detentus in
carcere ut pergeret Romam ſuam ꝓſecutus eſt
appellationem .

Capitulum uigeſimum quintum . De obſidiōe
et Captione ciuitatis Accon .

CApta Ceſarea addidit dictus Rex collecto
uniuerſo exercitu a minore uſq; ad ma
iorem accouenſem obſidere ciuitatem
eo ꝙ peregrinis ſuſcipiendis eſſet aptiſſima et
portum habens idoneum tutam nauibus
preberet ſtationem . Ianuenſibus autem cum
lxx . galeis eam ex parte maris obſidentibus .
Noſtris uero ex parte terre ipam continue
et inſtanter impugnantibus poſt . xx . dies .
cum iam impetum noſtrorum et crebras con
greſſiones ciues intra ſubſtinere non poſſet
interpoſitis conditionibꝰ ꝙ eis cum rebus ſuis
exire liceret . Regi reſignauerunt ciuitateꝫ .
Eſt autem ciuitas p̄dicta Binomia . uocatur
enim Tholomayda et Accon . eo ꝙ duos fratres
unus dictus Tholomeus . et alius Accon ipſaꝫ
fundaſſe : et a nominibus ſuis nomina ciui
tati dicantur impoſuiſſe . Eſt autem inter
mare et montes belo flumine preterfluēte
ſatis cōmode fundata : ortis et uineis et ca
ſalibus circūſtantibus et arabili terra ſufficiēt
abundans in prouintia fenicis ſub Tyro me
tropoli conſtituta .

Capm. 26. De captione Ciuitatis Berithi

POſtea uero Terra et mari Beritenſi ci
uitate obſidione cincta adiuncto ſibi
uiro nobili Bertramo Comite Tripolitano
poſt menſes duos obſidionis turribus ligneis

moenibus applicatis: et ſcalis muro coniunctis noſtri uiolenter urbem ingreſſi multos ex ciuibus occiderunt alijs uinculis mancipatis et captiuitati detentis. Eſt itaq; Berithum ciuitas maritima inter Sydonem et biblium in phenicis regione ſub Tyro metropoli ſita arboribus fructiferis et Siluis / et uineis fertilis et amena / in qua quondam de latere crucifixi lignei in contumeliam chriſti lancea et clauis a iudeis perforati ſanguis copioſus effluxit. Quo uiſo miraculo, omnes qui in ciuitate erat iudei baptiſmi gratiam ſuſceperunt

Capitulum vigeſimum ſeptimum. De obſidione et captione Ciuitatis Sydonis

EOdem autem anno: quo capta eſt urbs Berithi: dñus Rex non ocio torpens nec chriſti gratiam in uacuum recipiẽs Ciuitatem ſydonem ſuo ſubegit dominio in manu forti et brachio extento / ciues ſibi reſiſtere non ualentes ut urbem ſibi redderet compellens. Eſt autem Sydon in phenicis prouintia. Inter Tyrum eiuſdem metropolim et et Berithum ſuper maris litus ſita multam ciuibus preſtans comoditatem arboribus fructiferis et vineis / Siluis / et agris paſcualibus et frugiferis. Cuius fines dñus ieſus preſentia ſua dignatus eſt uiſitare ſicut in euangelio legitur: Egreſſus eſt ieſus in ptes Tyri

et ſydonis. Et ſecundo Regum Solomon ad hyra
ſic ait. Scis enim quod non eſt in populo meo qui
nouerit ligna cedere ſicut Sydonij.

Capitulum. 78. De edificatione Montis
Regalis

CUm autem Rex fines regni ſui ex parte
occidentali predicto modo dilataſſet cu
piens ad orientem transiordanem regnū
chriſtianorum ampliare. In tertia arabia que
Syria Sabal nuncupatur In colle Sublimi ca
ſtrum fundauit munitiſſimum cui nomen
impoſuit mons regalis eo quod a rege fuiſſet
fundatum. habet autem fecunditatem fru
menti uini et olei et aeris ſalubritate et ame
nitate precipua maxime comendabilem uni
uerſam regionem adiacentem uſque ad fines
moabitarum. et aquas contradictionis propter
ſubiciens dictioni.

Caplm. 79. De munitione dicta Scandalion et
de morte Regis Balduini et eius ſucceſſore Balduino ſo

EOdem autem anno predictus Rex Baldui
nus cuius memoria in benedictione erit
uſque in perpetuum poſtquam iter Tholomei
dam et Tyrum quandam fundauit preſidium quod
uulgariter appellatur Scandaliū fontibus ir
riguum a Tyro quinque miliaribus remotum
uiam uniuerſe carnis ingreſſus ſub caluaria
in loco qui Golgota dicitur honorifice prout

regie magnificentie competit eſt ſepultus. cui
ſucceſſit uir nobilis et ſtrenuus in offitio mili-
tari excellenter exercitatus religioſus et timēs
deum. Balduinus de Burgo de regno francie p̄-
dicti regis conſanguineus.

Capitulum trigeſimum. De quattuor princi-
patibus quos noſtri ſibi ſubiecerunt.

LOngum et ſupra ingenij noſtri paruita-
tem eſſet ſingulariter enumerare. q̄
potenter et magnifice. q̄ eleganter et
ſtrenue p̄dictus vir et alij chriſti milites tā̄q
alteri machabei in regno ampliando et finib9
chriſtianorum dilatandis in hoſtibus impu-
gnandis. in ciuitatibus et alijs munitionib9
expugnandis manus ſuas dn̄o conſecrantes
ſeſe geſſerunt. Quorum prelia et triumphos
uſq3 in finem ſeculi enarrabit omnis eccleſia
ſanctorum. Et ut generaliter et breuiter de
multis pauca tangamus quattuor principat9
egregios a perfida gente paganorum longo
tempore detentos opitulante domino chriſti
eccl'ie ſubiecerunt. Quorum primus eſt Ede-
ſanus comitatus in regione Medorum a Sil-
ua quadam que dicitur Marith habens initiū.
Protenditur autem trans fluuium Eufrates
uerſus partes orientales. multas in ſe contiēs
ciuitates. et plurima caſtra et munitiones.

Capitulū. xxxi. De ciuitate Edeſa.

Eſt autem Edeſa ciuitas nobilis Medorum metropolis. cuius primum nomen ſicut in Tobia legitur fuit Rages. nunc autem Roaſe nuncupatur ad hanc Tobias a Ciuitate Niniue que nunc Muſſula dicitur uulgariter autem moſſe filium ſuum miſit ad Gabellum. hanc beatus Tadeus apoſtolus ad chriſti fidem uerbo diuine predicationis et uirtute miraculorum conuertit. In qua beati Tadei corpus ſanctum dicitur eſſe ſepultum. In hac ciuitate ut ueteres tradunt iſtorie ſicut etiam in eccleſiaſtica reperitur iſtoria. Rex abagarus chriſti tempore regnauit. Qui audiens et admirans mira opera chriſti. et inaudita miracula que dominus ieſus in iudea faciebat. epiſtolam ſuam miſit ei. Cui dominus ſcribere et litteris eius dignatus eſt reſpondere. hanc ſiquidem antiquam et egregiam urbem dominus Balduynus frater ducis Gotifredi antequam ad regnum Ieroſolomitanum uocaretur. et tam ipſe quam eius poſt eum ſucceſſores totum comitatum Ediſanum expulſis Sarracenis ſue dictioni ſubiacerunt. Eſt autem prouincia illa ſiluis et paſcuis et fluuiis opulentiſſima. Et ſpecialiter autem regio illa que dicitur meſopotamia. Dicitur enim meſos grece medium Latine. Pathamos fluuius a grecis dicitur. In hac autem eſt Caram ciuitas in qua abraam

egreſſus a caldea anteq̃ in terram promiſſiōis
ueniret habitauit. habebat autem predc̃tus
comitatus tres archiep̃os. Ediſanum uidelicet
Geropolitanum: et Coricienſem ſub Anthio-
cheno patriarcha conſtitutos.

Capitulum. xxxii. De principatu Antiocheno
et de Ciuitate Antiochie

SEcundus autem principatus eſt Anthio-
chenus: cuius metropolis eſt Anthio-
chia. habet autem Inicium uerſus occi-
dentem a Tarſo ciuitate cilicie. de qua b̃tus
paulus appoſtolus extitit oriundus. finem
uero a parte orientali in riuo qui eſt inter
valentiam ſub caſtro Meregoch. et Maraclẽa
urbes maritimas. huius autem ciuitatis ꝛ
antiquuʒ nomen fuit Reblatha: ſicut ĩ q̃rto
libro regum legitur. Q Rex Jeruſalem ſeS ede-
chias ductus fuit ad Regem babilonis Nabo-
chodonoſor in Reblatha et filiis ſuis coram eo
interfectis exoculatus eſt a predicto Rege ba-
bilonis Inde uero Antiocho rege qui eam mi-
rifice ampliauit. et oium prouintiarum quas
pars orientalis continet principem et mode-
ratricem inſtituit. Antiochie nomen accepit.
Poſtq̃ beati petri apoſtolorum principis qui
in ea primo cathedralem dignitatem ſuſcepit
ad dñm conuerſa eſt predicatione et mira-
culis a viro Nobili et in urbe potentiſſimo

Theophilo qui poſtea eiuſdem ciuitatis ſeptim⁹
ordinatus eſt antiſtes appellata eſt Theophilis
vt que prius a prophano Rege nomen habuit
a viro ſancto et religioſo nouum nomen ſortiret.
Eſt autem hic Theophilus ad quem beatus euan
geliſta luchas qui de eadem ciuitate originem
traxit actus ſcripſit apoſtolorum. In hac autem
nomen ſanctum quod os dñi nominauit p̄mo
impoſitum eſt chriſticolis: ut qui prius galilei
et diſcipuli uocabantur. a chriſto chriſtiani di
cerentur. Continet enim in ecclia dei tertium
gradum poſt ſedem appoſtolicam. habet autē
ſub ſe. xx. prouintias eiusdem ciuitatis Patriar
cha. quarum xiiii.° metrapolitanos habent cu͛
ſibi ſuffraganeis epiſcopis. Sex uero relique
ſub duorum primatibus quos catholicon uo
cant continentur. Quorum alter hiri̅politan⁹
i. baldacenſis que quondam dicta eſt Babiloia̅.
altera nenſis qui preſidis primas appellatur.
Eſt autem ſita in prouintia que celeſſiria no
minatur. Inter montes et flumina ſitum ha
bens comodiſſimum agros fertiles. et glebe
maximam ubertatem et tam fluuiu͛ q͞ fon
tium amenitatem ſingularem et ex uicino
Lacu copioſam piſcium abundantiam. Diſtat
autem a mari. x. uel. xii. miliaribus habens
portum in faucibus orientis fluminis qui
portus ſancti Simeonis appellatur. habet aut̅

a Septentrionali pte montem quendam. qui uulgariter montana nigra dicitur. In quo multi st heremite ex omni gente et natione. et plura monasteria tam grecorum monachorum q latinorum. Et quoniam fontibus et riuis totus est irriguus aquosus nuncupatur. Neros enim grece aqua latine. Simplices autem et layci. Nero neire. i. nigra exponunt in uulgari sermone.

Capitulum. xxxiii. de Principatu seu comitatu Tripolitano et de ciuitate Tripoli.

TErtius principatus. ex quattuor predictis est comitatus tripolitanus. initium huius a predicto riuo qui est sub castro Mergath. finem uero ad Riuum: qui fluit inter Biblium et borithum urbes maritimas. Est autem Tripolis ciuitas Nobilis et oppulenta super littus maris in prouincia Sirie phenicis. Idoneam huius positionem et situm comodissimum fontibus et riuis irrigua agris frugiferis. et fructiferis arboribus et pascuis uirentibus. uberrima ex montis Libani uicinitate: et eidem monti collibus adiacentibus multam habens comoditatem: ad pedes autem montis in ptibus illis oritur fons amenissimus aquas habens limpidissimas. que per quosdam subterraneos meatus fluunt Impetu de libano omnes ortos regionis copiosissime irrigantes. hunc dicunt esse fontem ortorum de quo in canticis Salomon facit mentionem

Inmedio autem mari iuxta ciuitatem fontes
aque dulciſſime inter maris undas ſalſas et
amariſſimas abundanter ebulliunt . In ptib⁹
etiam illis ſunt uinee : que bis in anno uinde
miantur . hanc autem urbem egregiam Ray
mondus comes Toloſanus uir ꝑ omnia com
mendabilis miles ſtrenuus : et deo deuotus poſt
captionem Ieruſalem longa obſidione ualauit .
Iuxta quam quoddam caſtrum ut comodius
expugnaret ciuitatem conſtruxit . Quod caſtᵐ
pelegrinum ſeu pelegrinorum uſqꝫ hodie no
minatur : eo ꝙ a pelegrinis ſit conſtructum .
Poſt eius uero mortem filius eius Beltramus
obſidionem continuam tenuit . Poſt ſeptem
annos obſidionis predictam urbem ciuibus
tradentibus poſſedit . et a Rege Ieroſolomitano
qui in captione ciuitatis preſens fuerat homo
Ligius ei effectus ciuitatem recepit .

Capitulum . 39 . De Principatu ſeu regno Ierſolomitano .

QVartus principatus eſt regnum Ieroſo
lomitanum . habens principium a pre
dicto fluuio ſeu riuo qui inter Biblum
et Berithum fluit . finem uero in ſolitudine
que eſt ultra caſtrum quod dicitur datum q̄
ſolitudo reſpicit egyptum . Regnum autem
Ieroſolimorum cum ſũmo labore et multa
ſanguinis effuſione xp̄o acquiſiuerunt et
recuꝑauerunt in integrum manus ſuas in

mittentes ad fortia uiri triumphatores et amici
dei a dan uſq; Berſabe chriſti fidei cumulantes
et inimicos a terra ſancta propulſantes.

Capitulum. 36. de Ciuitate Dan

Est autem Dan terminus promiſſionis
terre ſancte. a parte Septentrionis ciui-
tas antiquiſſima ad pedes montis li-
bani ſita. qui mons inter ipſam et Damaſcum
medius interiacet. Cuius nomen antiquum
fuit Leſen. Poſtquam uero capta fuit a filijs Dan
eam leſedam uocauerunt, frequentius tamen
Dan ſimpliciter nuncupatur. Poſtea uero Philippus
tetrarcha ſenioris herodis filius eam amplia-
uit. Et in honorem Tyberij Ceſaris ipſam Ce-
ſaream Philippi appellauit. Dicitur preterea
paneas. vulgari uero idiomate Belinas nuncu-
patur. Silua autem que ad iacet ciuitati ſimiliter
paneas appellatur. olim tamen ipſa. quod omnis alia
ſilua que monti libani dicebatur.

Capitulum. 36. De Ciuitate Berſabe

Berſabe eſt terminus terre Sancte a parte
auſtrali. Eſt autem Berſabe in illa parte
iudee. que ceſſit in partem tribus Simeon
ad radicem montium in initio campeſtrium
inter montes et Aſcaloniam ſita decem milia-
ribus a Scalona diſtans, interpretatur autem
puteus federis ſiue fedus putei, eo quod abraam
in ſignum federis quod habuit cum Rege Albimelech.

In eodem loco puteum fodit. dicitur preterea puteus ſeptimus. Et uulgariter hodie Gibelim appellatur.

Capitulum. 37. De termino et ſpatio terre acquiſite et De ciuitatibus maritimis.

Opus admodum difficile et quod uires meas excedit eſt proſequi. et enumerare quantum armis profecerint. et chriſtianorum fines ampliauerint domino opitulante chriſti milites et quorum memoria eſt in benedictione omnes enim ciuitates et munitiones a ciuitate Belbeis que alio nomine dicitur peluſium. et eſt in ſolitudine et confinio Egipti uſque ad Edeſſam et Carram et fines comitatus Edeſſam transfluuium Eufraten. et in regione Meſopotamie chriſtianorum dictioni ſubiecerunt chriſti milites et ueri nominis chriſtiani Induti uirtute ex alto longo tempore et ſub diuerſis Regibus contra Sarracenos pugnantes. multis autem ex ipſis felici martirio coronatis Regnum Ieroſolomitanorum. et chriſtianorum fines proprii ſanguinis effuſione in Immenſum ampliauerunt. Cum autem ex parte terre ciuitates non paucas / oppida et munitiones multas ſuo ſubiugauerunt dominio. Nullas ex parte maris relinquerunt ciuitates ſeu munitiones maritimas a ciuitate dicta faramia que eſt ſita in confinio Egipti et regni Ieroſolimorum uſque ad laudociam Sirie quas chriſtianorum dictioni non ſubiecissent.

Capitulum . xxxviii . De Ciuitate Pharamia .

EStautem Pharamia urbſ antiquiſſima in
littore maris non longe ab hoſtio Nili in
introitu Egipti ſita quam p̄mus Ierosolioꝝ
Rex latinus Balduynus uiolenter confractam
potenter occupauit . manubias multas . et pre
dam copioſam ſibi et ſuis comilitonibꝰ dirripiẽs .

Caplm . 39 . De Ciuitatibus Laris . et Peluſio

POſt Pharamiam ſequitur alia ciuitas an
tiqua prope mare in ſolitudine ſita . que
Laris nominatur . Deinde ciuitas Belbes
que in prophetijs appellatur Peluſium : quinqꝫ
ſtadijs diſtans a littore maris . has predictas
ciuitates ultra fines Regni Ieroſolomitani ex
parte Egipti . ſ . ultra ultimam eiuſdem regni
munitionem que dicitur Darum : noſtri ſuo
ſubiecerunt imperio .

Caplm . 40 . De Ciuitatibus Darum et Gaza et Aſcaloã .

EStautem Darum preſidium quoddam
seu opidum in confinio Idumee . 3 . Regũ
et claſſem q̊ꝫ fecit Rex Salomon mayſon
gaber que eſt iuxta abilon in littore maris Ru
bri in terra Idumei et paleſtine ſitum quinqꝫ
ſtadijs diſtans a mari . hanc autem munitõe
Rex ieroſolimorum Amalricus in aliquantu
lum eminenti loco fundauit forma rotunda
quattuor turres angulares habentem ubi quõ
dam fuerat Monaſterium Grecorum . Posthac

autem ſequitur Gaza ciuitas antiquiſſima
a predicta munitione quattuor ſtadyſ diſtãs.
Vna quondam ex quinq; ciuitatib; paleſtinoꝝ
quam diruptam et hitatoribus uacuam. quart'
rex Ieroſolimorum Balduynus rehedificauit
In pte collis aliquantulum eminenti ſupra quẽ
dicta Ciuitas ſitum habuerat preſidium fun-
dauit, et partibus ſuis competenter abſolutũ
et conſumatum frib; militie templi qui ipſũ
cuſtodirent. et ab inimicis nr̃is defenderent
perpetuo poſſidendum donauit. Diſtat autẽ
x. miliaribus ab Aſcalona. que ſimiliter una
fuit ex quinq; ciuitatibus philiſti in littore
maris ſita formam habens quaſi arcus ſiue
ſemicirculi. Cuius corda iacet ſecus ripam ma-
rinam Circuferentia uero reſpicens ſup terrã
reſpiciens ad orientem. hanc autem ciuitatẽ
predictus Rex ex omnibus Regni Ieroſolomi-
tani ciuitatibus ultimam adhuc a Sarracenis
detentam cum multo Labore et magna diffi-
cultate longo tempore obſeſſam vix tandem
potuit ſubiugare. Erat enim muris et ante
muralibus turribus plurimis et agere ualido,
arcubus et uictualibus: et pugnantiũ multi-
tudine ſufficientiſſime munita. Tandem
uero ſaluis perſonis et rebus Aſcalonitas ad
deditionem coegit.

Capitulum. quadrageſimũprimũ. De Azoto.

Goth et hybelim. et Gibelino et Alba specula et Acharon

INter Ascalonam autem et Ioppem est Azotum decem miliaribus ab Ascalona quodaz una ex quinqȝ ciuitatibus Philisteorum distans non longe a mari. Nunc autem ad modici casalis paruitatem est reducta. Quarta aut ciuitas Philistin nomine Goth non longe a Lida et Ramula in colle aliquantulum edito fuit sita. Ex lapidibus autem eius que dudu uastata fuerat tertius Ierosolimoꝝ Fulco in eodem loco presidium cui nomen hibelim ı edificauit / tradens illud cuidam uiro Nobili Balliano cuius oms successores ab eodem loco usqȝ hodie noiati sunt de bybelim. hoc autem opidum cum quibusdam alys. s. Bersabe siue gebelin. et alba specula que uulgariter dicitur Blancheguarde et octo miliaribus distat ab Ascalona contra supbiam Ascalonitarum ad eorum insolentias et uiolentas Irruptiones integrum nūm reprimendas nri anteqȝ capere possent Ascalonam fundauerunt. Quinta Philistinorum ciuitas dicta est Acharon ppe mare non longe ab Azoto sita.

Capitulū .xlij. de alys munitionibus maritimis usqȝ Tyrum.

POst predictas autem quinqȝ urbes philisti per quas Archam dñi in libro regum primo circumduxisse legimtur Phili

ſtei propter plagam pminentium extallium ſe
quuntur maritime ciuitates et alie munitiones
Ioppem .ſ. Aſſur Ceſarea paleſtina . Eſt autem
alia Ceſarea paleſtina que dicitur Philippi ſiue
Dan . Poſt has petra inciſa ſiue diſtrictum inter
doram .i. Capharnaum . Eſt autem ciuitas que ſi[l]
dicitur Capharnaum iuxta mare Galilee . In qua
dominus docuit et multa miracula fecit . Deinđ
Cayphas ſiue prophiria Poſt hanc accon ſiue Cho
Lomayda . De his omnibus ſufficient diximus ſupi[us].

Capitulum . xliii . De Tyro et qualiter obſeſſa
fuit et capta .

POſt has uero ſequitur . Tyrus egregia et
fortiſſima ciuitas in corde maris ſita ex
omni parte fere maritimis fluctibus circũ
data . Portum idoneum et ſecurum infra moenia
prebens nauibus ſtationem . Eſt autem caput
et metropolis uniuerſe phenicis prouintie muro
et antemurali et turribus eminentibus circum
ſepta piſcium fertilitate comodiſſima fontib[us]
et Riuis aque dulcis Irrigua vineis et ortis
arboribus fructiferis et agris frugiferis fertilis
et amena . In cuius territorio in Loco aliquãtulum
edito eſt fons ſiue puteus ſupra quem feſſus ex
itinere dicitur quieuiſſe dñus cum tranſiret per
fines Tyri et Sydonis . habet aquas limpidiſſimas .
Ita copioſe ſcaturientes quod omnia pomeria et ortos
olerum et uniuerſam irrigat regionem . hunc

Salomon :~

Salomon in cantica canticorum puteum aquarum
uiuentium appellat. Est autem extra ciuitatem
iuxta muros eiusdem Lapis quidam tam ab indi-
genis q̃ pelegrinis in honore magno habitus et
reuerentia eo q' super illum dicitur sedisse dn̄s
iesus et docuisse turbas confluentes. Nec tamen
gentilium uoluit ingredi ciuitatem. hanc autē
ciuitatem antiquissimam post diluuium dicitur
fundasse Tyras qui fuit filius Yaphet qui fuit
Noe filius. et a nomine suo Tyrum appellauit.
hebraice autem dicitur Sor. et nos uulgariter
eam Sur appellamus. Quanta autem fuerit ei'
dignitas et p̄heminentia et gloria manifestū
est ex scripturis Ezechielis qui ad Tyrum loq̄ns
inter alia dicit. Tu dixisti. perfecti decoris ego
sum et in corde maris sita. Et iterum quis co-
gitauit hec super quondam Tyrum coronatā
Cuius negotiatores principes. Institutores ei'
incliti terre. Et cetera multa que de eius diuitijs
et excellentia et negociationib; narrat ꝓpheta.
huius urbis rex fuit Agenor. cui' filius fenix
nomen toti regioni imposuit. Ex hac etiam
Dido traxit originem: que in africa condidit
Cartaginem: et quam hodie Marchot appellant.
huius etiam Rex fuit yram: qui ad edificium
templi dn̄i Cedros de libano ministrauit Salo-
moni Cuius seruus abdimus nomine omnes pa-
rabolas et enigmatum obscuritates declarabat

quas Salomon Yram regi Tyrorum ſolueda
mittebat. que ſi non ſolueret Yram multaz
pecuniam daret Salomoni. Et e contrario aūt
Yram multam pecuniam daret Salomoni.
Et e contrario autem Yram eius conſilio Sa-
lomoni quedam problemata ſub certa pena
pecunie ſoluenda mittebat. hunc quidam
extimant eſſe Marchoch qui Salomoni equi-
polenter reſpondebat. huius etiam p̄dicte ur-
bis Rex fuit Apolonius cuius geſta late pa-
tent In uulgaribus iſtoriys. In hac etiam ſe-
pultum eſt corpus Origenis teſte beato Ie-
ronimo. qui in Ep̄la quam mittit Pama-
chio et occeano ſic ait. Centum et quinq̃gīta
anni prope ſunt hodie. Ex quo origenes Tyri
mortuus eſt. Ex hac etiam dicitur fuiſſe
illa mulier cananea que dn̄o yhu xp̄o pro
filia a demonio male uexata ſupplicauit
Iuxta David uaticiniuz. filie tyri in mune-
ribus uultum tuum deprecabuntur. Ex hac
etiam vulpianus legis peritus fuit oriund⁹.
Tiri autem ut dicitur primi figuras litte-
rarum inuenerunt. Vnde Lucanus. Phe-
nices primi fame ſi creditur auſi. Manſu-
ram rudib; uocem ſignaſſe figuris. Tyri
etiam primi dicuntur ex murice traxiſſe
purpuram. vnde pretioſa purpura hodie
Tyria appellatur. hanc autem egregiam

et munitissimam ciuitatem primus Iero-
solimorum rex Balduynus cum per menses
quattuor obsedisset Tyrys uiriliter resisten-
tibus uidens quod non proficeret et multis expensis
inutiliter in expugnatione grauaretur soluta
obsidione recessit tempore magis ydoneo cum
maiori apparatu reuerti proponens. Unde ut
posset Tyrenses magis coartare et amplius
molestare inter Acconensem ciuitatem et
Tyrum castrum quoddam rehedificauit in
littore maris quod condam Alexander ma-
cedo quando Tyrum obsedit edificauerat
ipsum nuncupans nostri autem hodie Scandalium
ipsum appellant. Est autem locus ille fontibus
irriguus quinque miliaribus distans ab urbe
Tyrensi. Sed ut uir Nobilis Hugo de sancto Alde-
maro Tiberiadensium dominus inter ciuitatem suam
et Tyrum in montibus excelsis urbi Tyrensi
preeminentibus ad decem miliaria castrum
munitissimum dictum Turonum hedificauit
ut inde Tyrenses quasi ex uicino amplius
coartare posset et molestare et eorum subse-
quentium impetus declinare. Est autem inter
mare et libani montem quasi in medio con-
stitutum arboribus et uineis et agriculture
comodissimum. Post hec uero cum secundus
Ierosolimorum Rex Balduynus de burgo peccatis
exigentibus in captiuitate Sarracenorum detineretur

dnus Patriarcha et Archieps cum epis ſuis et
alijs regni Baronibus cum comite Tripolitão
ciuitatem obſidione uallauit: cum duce etiam
venetorum qui multitudine pugnatorum comi-
tatus cum galeis .xl. et multis tam maioribus
q̃ minoribus nauibus ex parte maris urbem
obſedit. Qui cum imenſo labore et multa ſan-
guinis effuſione cum multis machinis et bel-
licis Inſtrumentis multo tempore ipugnaſſet
Quinto obſidionis menſe ciues fame intol-
lerabili deficientes ad deditioem compuleriit.
Qui ſaluis pſonis et rebus noſtris reſignaue-
runt ciuitatem. Anno igitur ab incarnatioē
dnĩ Milleſimo centeſimo uigeſimo quarto
capta eſt a chriſtianis ciuitas Tyrenſis et
nomini chriſtiano reſtituta.

Capitulum. xliiii°. De Ciuitatibus mariti-
mis a Tyro uſq Laudociam Sirie.

POſt hanc autem ciuitas Sarepta ppe
mare in cuius introitu Locutus eſt
helyas propheta ad uiduam mulierē
ligna colligentem cuius familia eo q panē
inde fecit uiro dei ſuſcepit incrementum.
In eodem Loco iuxta portam ciuitatis modi-
cam capellam fecerunt chriſtiani. Poſt
hanc autem ſequunt alie maritime ciuita-
tes. Primo Sydon. Poſtea Berithum dictũ
Biblium que uulgariter Gibeleth appellat.

in phenicia prouintia super maris littus constituta quondam Euca dicta. Eo quod Eucus Sextus filiorum chanaam ipsam fundauit. de hac in Ezechiele. Senes biblij et prudentes eius o Tyre prebuerunt Nautas ad ministerium uarie suppellectilis tue. Et in libro regum secundo sic inuenitur Porro Biblij et prudentes preparauerunt ligna et lapides ad edificandum domum domini. hanc comes Tripolitanus Beltramus Januensibus cum Galeis .lxx. auxilium sibi prestantibus sibi subiugauit et Januensibus concessit. Post hanc supra mare sita est ciuitas que dicitur Butrin vulgariter autem Buteron nuncupatur. Deinde castrum quod Nephin appellatur. Postea ciuitas Tripolis nuncupata. Deinde ciuitas Archis dicta que per miliare unum a mare distat. Deinde arados Ciuitas in insula iuxta mare sita. Quam Aradius filius chanaam edificauit in qua beatus petrus apostolus matrem beati clementis mendicantem inuenit. Et ad fidem christi conuersam filio restituit. Sicut in itinerario clementis legimus. In quo etiam fit mentio de duabus columnis uitreis mirabili artificio in predicta insula cunctis admirantibus in altum erectis. Inde Antaradum ciuitas sic dicta quasi ante Aradum sita. Vulgari autem appellatione hodie dicitur Tortosa

in qua beatus paulus fenicem circuiens cū
a partibus Ieroſolomitanis tranſiret in t
anthiochiā in honore bt̄e uirginis marie
modicam fundauit eccliam. in qua etiā
diuina celebrauit miſteria. Que uſq; ho-
die in magno celebratur honore. et multorum
pplorum frequentatur acceſſu. Ego beata uir-
go in illo loco ſibi ab infantia primitiue
eccle conſecrata multa operabatur miracla
et infirmis illuc uenientibus grata cōfert
ſubſidia ſanitatum: dicitur autē a multis
q inter omnes beate marie ecclias iſta fuit
prima. non ſolum a christianis ſ; etiam
a ſarracenis in magna habetur reuerentia
qui filios ſuos plerumq; adducunt addictam
eccliam baptizandos ut diutius uiuant
uel ut corporalem recipiant ſanitatem.
Anteradenſem poſt captionem terre ſancte
Quidam uiri Nobiles per partes illas pe-
regrinationis cauſa tranſeuntes et Ieroſo-
limam petentes. Comites v; piccanenſium
et Bleſoncium cum quibuſdam viris Illu-
ſtribus ab hoſtibus expeditam comiti t
Tripolitano tradiderunt. Poſt hanc ſecu-
tur alie maritime ciuitates v;. mareclea
valania cum caſtro Margarth. Gabuluz
quod uulgariter dicitur Gibel. et inter
omnes ultima ex pte Anthiochie ſitum

habens egregium . et bonorum tp̄aliũ magnā
bn̄s ubertatem Laudacia ſirie nuncupata . uul
gariter autem Lithe noīatur . Vir ſiquidem ⁊
illuſtris et strenuus in armis dn̄us Tāncred'
cum Antiocheni principis adminiſtratiōem
ſuſcepiſſet eodem die quo nobilem occupauit
Ciuitatē dictam Apamiam dictioni ſue ſub-
egit predictam ciuitatem uno die duabus
egregys urbibus Antiochenum magnifice am
pliauit principatum . Eſt autem alia Laodocia
in aſia minori que a btō Iohāne inter ſepte͡z
aſie ciuitates in apochalipſi numeratur . has
omnes maritimas ciuitates nr̄i uiriliter oc-
cupantes . nec ullam ſolam municiōez prope
mare Sarracenis reliquerunt . vnde ex parte
maris hoſtium penitus eſt eneruata fortitudo .

Capitulum . xlv. De ciuitatibus mediterraneis quas noſtri obſiderunt . ſed non ceperunt / q̄ſdaz tamen fecerunt tributarias .

Quaſdam autem mediterraneas ciuitates
quas maxime ultra iuga Libani noſtri
ſubiugare nequiuerūt : fines earum et
ſuburbana frequenter uaſtando et multas
ciuibus inſidias machinando . vt a moleſta-
tione ceſſarent . ſibi tributo ſeruire coegerīt .
Emiſſena uero ciuitas : que hodie Camella
ſeu camelle nūcupatur . Et quedam alie ci-
uitates Celeſſirie . ſ. diopolis que alio nomīe

dicitur Maubeth et Aman cum quibus damalijs
propter vicinitatem a noſtris poterant moleſ-
tari . vnde pacem et ſecuritatem multa pecunia
redimebant . Sȝ tam cayha q̃ Soldanus Egipti⁹
nroꝝ impetus et uiolentas in regno ſuo Irrup-
tiones ſubſtinere non preualens . Multa regi
Ierosolomitano tributa ⁊ annuatim ſoluebat
maximo quando a Soldano Damaſceno ſibi
Egiptij metuebant . Econtrario autem Rex ꝛ
Damaſci dicta multa pecunie quantitate amis
qui medij inter damaſſenos et egiptios erant
treuguam et ſecuritatem obtinebant .

Capitulum . xlvi . De obſidione Alapie et Damaſſi

Ciuitatem ſiquidem Alapie ſecundus Ie-
roſolimorum Rex latinus Balduynus
. ſ. de Burgo colectis ex toto regno uiris
obſedit . Sed multitudine Sarracenorum a par-
tibus orientis ad ſuccurſum ciuitatis ꝑperãte
Rex longe uiribus inferior ſoluta obſidione
receſſit . Quartus autem Rex ierosolimorum
Rex Balduynus fulconis regis filius cum Roma-
norum Imperatore Conrado et Rege francoꝝ
Ludouico . qui a ſancto claraualenſe Abbate B-
nãdo predicante ſignum crucis receperat : cuȝ
ieroſolomitano patriarcha et portuenſi Epiſco-
po applice ſedis legato : cum multis archiepiſco-
pis . et Epis Ducibus Comitibꝫ et alijs baronibꝫ
tam de regno q̃ de imperio Damaſſenam obſe-

dit ciuitatem. Est autem Damascus ciuitas an-
tiquissima fere inter omnes orientales urbes quanti-
tate et populorum multitudine huius preeminentiam
a quodam Abrae seruo qui eam fundasse dicitur
sic nominata est. Est autem minoris asie que phe-
nicis libanica appellatur metropolis sicut legitur
in propheta. Caput Syrie Damascus. Est autem in
campestribus in agro sterili et arido sita, nisi
quantum aquarum irrigatur beneficio que de
montibus descendentes per quosdam meatus
deducuntur et uniuersam irrigantes planitiem
reddunt fertilem et arboribus fructiferis abun-
dantem. Iuxta ciuitatem predictam in loco qui
hodie dicitur Melgiazaphar apparuit dominus Sau-
lo cum appropinquaret Damascum dicens ei.
Saule Saule quid me persequeris. Predicti igitur
principes cum innumerabili exercitu ciuitatem
e uicino ex una parte obsidentes pomeria ciui-
tatis uiolenter effregerunt. Fluuium iuxta
muros ciuitatis defluentem ad usus suos forti
manu occupantes. Damasceni autem de uiribus
suis diffidentes, cum iam diutius ex parte po-
meriorum nostris resistere non ualerent quosdam
ex his qui de Syrie partibus peregrinis princi-
pibus ducatum et consilium prebuerant cupidi-
tate cecatos more suo corrumpunt: qui suaserunt
ad aliam partem ciuitatis transferri exercitum.
Unde priori loco et a Sarracenis occupato et—

contra noſtros munito difficientibꝫ in ctualibꝰ
et aquarum penuria laborante exercitu attē-
dentes pncipes nr̄i manifeſtam illoꝝ quorū
ſe fidei cōmiſerat malitiam indignantes et
orientalium fidem ſeu magis pfidiam dete-
ſtantes et ſuſpectam hn̄tes Induti cōfuſiōe
et Ireuerentia multum laborantes et parū
proficientes ad propria redierunt.

Capitulum. xlvii. De obſidiōe Ceſaree magne
et Boſtrenſis ciuitatis et de ſitu Yturee et
Traconitidis regionis.

IOhannes autem Conſtantinopolitanꝰ
imperator cum infinita militum. cur-
ruum et equorum multitudine antiochēo
et cum Comite Edeſſano Ciuitatē Ceſaream
Ab antiochia non multum diſtantem que
hodie Ceſarea magna nūcupatur obſedit.
Sed indignatus eo ꝙ predictus princeps et
Comes in expeditione deſides et remiſſi ipꝫ
iuuare et ſibi obedire negligebant accepta ab
obſeſſis pecunia obſidione ſoluta receſſit.
Sed et Rex ieroſolomitanus Balduynus ter-
cius cum labore multo et piculo maximo Bo-
trenſem ciuitatem occupaturus adijt. Sꝫ in-
ueniens eam ſupra id qđ crediderat munitā
et inexpugnabilem reuerſus eſt multa in re-
uertendo a Sarracenis paſſus icomoda et plu-
ribus ex ſuis interemptis. Eſt autem Botrus

ciuitas antiquissima prime arabie metropolis
que uulgari appellatione Bussereth dicitur con-
tinens sub se Traconidem regionem de qua in
euangelio Beatus Lucas sic ait. Philippo yturee
et traconitidis regionis tetrarcha. Quoniam
autem fontibus et riuis Regio illa penitus
caret illius terre habitatores aquas pluuiales
per Tracones .i. per meatus subterraneos col-
ligunt in lacunis. Vnde propter hoc regio
illa Traconis appellatur. populus etiam illius
regionis in speluncis habitat. et in traconibus
habens domicilia commoratur in cauernis. Post
regionem autem de Capoleos cuius fines seu
extremitates sunt Inter mare Galilee et Sidonem
que etiam post ciuitatem Tyberiadensem usque
Damascum protenditur est yturea regio. scilicet post
territorium sydoniense et montes mediam inter
nos et Sarracenos in valle que dicitur Bathar
Et qui ad radices libani protendit. Saltus liba
ni nuncupatur. Yturea autem regio predicte re-
gioni Traconitidi uicina est et contermina.

Capitulum xlviii. De obsidione Cayri. Alexandrie et Damiate

Rex autem Amalricus predicti baldui-
ni germanus Ciuitatem nominatam Cay-
rum obsidione cinctam facile ut dicitur
expugnasset. Et etiam totum Egiptum nomini
christiano et christianorum subegisset. nisi

conſilio malitioſi hominis Milonis de planſi accep
ta ab hoſtibus pecunia obſidione ſoluta receſſiſſet.
Ipē enim prius Alexandriā Egregiam Egipti ciui
tatem quam Siracanus et nepos eius Sahaladi
nus Soldano egiptio abſtulerant obſederat. Et
eos ad deditionem compellens ex pacto eam Sol
dano Egiptio recepta ab eo promiſſa pecunia reſi
gnauit. Poſtea uero idem Rex Conſtantinopoli
tano imperatore innumeram grecorum multitudi
nem ſibi in auxilium mittente cum ingenti tam
Galearum quam Nauium claſſe Damiatam ciui
tatem Egipti munitiſſimam obſedit. Sed fame
et frigore intollerabili et ĩmoderata pluuiarum
inundatione repulſus cum magno exercitus ſui
detrimento ab obſidione receſſit.

Capitulum xlviii. de quibusdam munitionibus
quos nr̄i in confinio Sarracenorum fundauerūt.

Cum ergo ciuitates memoratas plures que
alias maxime mediterraneas nr̄i ſubiu
gare non poſſent. In extremitatibus terre
ſue. ut fines ſuos defenderent caſtra munitiſſiā
et inexpugnabilia inter ipos et hoſtes extruxerūt
ſ. montem regalem et petram deſerti. Cuius no
men modernum eſt Erach. Ultra iordanē. Sa
pheth. et Belueir cum multis alijs munitionibus
citra Iordanem. Eſt autem Sapheth caſtrū mu
nitiſſimum Inter accon et mare galilee non lō
ge a monte Gelboe Scitum. Beluoir uō non lōge

a monte Tabor. Iuxta ciuitatem quondam egregiā
et pplosam Iesrael inter Citropolim et Tiberiadē
situm est in loco sublimi.

Caplm L. Qualiter terra a nostris aquisita Re
gi et Baronibus est distributa.

AD maiorem autem securitatis cautellam
inter diuersos principes et barones diuisū
est regnum Ierosolomitanū: qui terram sub
Rege defenderent et custodirent ipo Rege partem
sibi meliorem et digniorem retinente. f. Ciuitatē
Ierlem. Neapolim. Accon. et Tyrum. cum quibꝫdā
opidis et casalibus. homines autem Ligij regni
fidelitate et sacramento cum certo militum numō
Seruitio regio obligati fuerunt. Comes Tripolita
nus. dominus Berithi. dōs Sidonis. et dnūs Cayphe
seu prophirie. dnūs Cesaree. Princeps galilee qui
dnūs Tiberiadis est. Comes Ioppe. et Ascalonis.
dnūs montis regalis. et totius terre transiordanē
dnūs Assur. et dominꝰ ybelin cum quibusdam alijs
Sed hij inter alios maiores erant pheminētiam et
dignitatem optinentes.

Capitulum. LI. De renouatione et ampliatione r
orientalis ecclīe.

EX tunc cepit orientalis ecclīa reuirescendo
florere: et cultus religionis in partibus oriē
tis ampliari. et vinea dnī nouos Botros ger
minare. Ita qꝫ in ea uideretur impletum qđ scriptū
est in canthica canthicorum. hiems transijt. ymb

abijt . et receſſit , flores aparuerunt tunc in terra
noſtra . Tempus putationis aduenit . A diuer-
ſis mundi ptibus . Ex omni tribu et lingua et
omni natione que ſub celo eſt . Amore ſctoꝝ
et venerabilium locorū tracti deuoti dn̄i . pele-
grini et homines religioſi ad terram ſanctam
confluebant . Reparabantur ecclie ueteres . No-
ue edificabantur . Monaſteria regularium
largitione principum et elimoſinis fideliuꝫ
in locis ydoneis conſtruebantur ecclíaꝝ mi-
niſtri . et alia ad ſeruitium et cultū diuinuꝫ
ptinentia ſufficienter et competenter ordina-
bantur ubique . Viri autem ſancti ſeculo re-
nunciantes varijs affectionibus et deſiderijs
tracti , et feruore accenſi elligebant ſibi loca
propoſito ſuo et deuotioni magis competētia .

Caplm . Lu . De uarijs religionibus et diuerſi-
tate regularium perſonarum , Et de Quaren-
tena et monte Carmelli et mare mortuo .

Alij exemplo dn̄i ſpecialiter ducti deſtuꝫ
illud deſiderabile in quo dn̄us noſter
poſt baptiſmum . xl . diebus ſolitari⁹
ieiunauit . quod quarentena appellatur ut
uitam ducerent heremiticam prehéligentes
in modicis celulis dn̄o deuotiſſime militabat
ad exemplum alij . et imitationeꝫ ſancti uiri
et Solitarij helye prophete in monte carmello
et maxime in pte illa que ſupraeminet ciui-

tati prophirie que hodie cayhas appellatur iux-
fontem qui fons helye noīatur: non longe a
monaſterio btē uirginis Margarite uitam ſo-
litariam agebant In aluiariis modicarum
cellularum tanq̄ apes dn̄i dulcedinem ſpiri-
tualem mellificantes. Eſt autem alius car-
melus trans Iordanem iuxta ſolitudinis de-
ſertum . in quo latuit Dauid a facie Saulis
vbi erat hītatio Nadab viri ſtulti. hic autē
in quo conuerſatus eſt helyas ſitus eſt in ma-
ritimis diſtans ab Accon quattuor miliarib᷒.

Capl̄m . Liii . De ſolitudine Iordanis Stagno
Ienesareth . quod eſt mare Galilee et de Iordane.

Quamplures uero in ſolitudinibus Iordaīs
ubi beatus Iohannes baptiſta fugiens
hoīum conſortia ut liberius deo uacaret
ab annis puerilib᷒ deguit mortuo mondo ut
uiuerent deo quietis ſibi ſepulcrum elegerūt
in hanc autem heremi ſolitudine non niſi lo-
custas cum melle . Beatus iohannes edebat.
Eſt autem in ꝑtib᷒ ſirie pleriſq̄ conſuetudo
adueniente locuſtarum multitudine eas colli-
gendo et congregando ad uictum reſeruare
mellis autem et calamellis maximam ī ꝑtib᷒
illis uidimus abundantiam. Sunt calamelle
calami pleni melle . i . dulciſſimo ſucco . ex quo
quaſi in torculari compreſſo . et ad ignem con-
denſato prius quaſi mel . poſt hoc zucarus.

efficitur. Vocatur autem alio nomine cana-
melles. quod nomen ex cana et melle compo-
nitur. eo q canis siue arundinibꝫ huiusmoi
calami sunt similes. Quoniam autem veri
mihi simile non videbatur christi Baptista
locustarum carnes manducaret qui pane et
vesci renuebat: quesivi a quodam diligent
Sirianorum monacho. cuius Cenobium in ptibꝫ
illis erat. hns maximam monachorum mlti-
tudinem sub uno abbate vitam artissimam
ducentium cuiusmoi essent Locuste. quas i
solitudine illa iordanica bts Iohannes bba
manducasse phibetur: qui statim respondit
q frequenter in refectorio suo quedam herba
monachis suis ad edendum apponebat. qua
ipi languste .i. locustam noiant. Cuius circa
monasterium suum magna hebatur copia ad-
iungens q illa esset quam edebat beatus Io-
hannes. Similiter de melle Silvestri ex apibꝫ
in deserto illo invenitur. qd adiacebat mari
galilee. In quo dns frequenter turbis pdica-
vit panibus ordeaciis cum paucis pisciculis
hoium multitudinem pavit et variis miracu-
lorum signis regionem illam illustravit. In
quo etiam loco post resurrectionem suam disci-
pulis suis manifestus apparuit: et cum eis
manducavit et bibit: et pedibus autem sup
mare ambulavit. Ibi etiam quosdam ad se
discipulos:-

diſcipulos euocans ait. venite poſt me faciam
uos fieri piſcatores hominum. Ibi ſolitariam elege-
runt habitationem. Quidam in planitie in qua
fenum nullum reperitur ex herbis deſiccatis.
alii in monte propinquo. in quo dominus ſeorſum
a turba ſolebat orare. Eſt autem mare galilee
ſtagnum in finibus galilee, ex aquis dulciſſimis
collectum, variis piſcium generibus comodiſſi-
mum uſu amenum et delectabile ad potandum.
Et quoniam tam in longitudine quam in latitudine
ualde ſpecioſum eſt more Ebreorum et Egip-
tiorum: qui quaſlibet aquarum copioſas et
ſpatioſas congregationes: tam ex aquis dulcibus
quam ex Salſis mare nominant, predictus lacus maris
nomine nuncupatur. Dicitur etiam mare Tiberia-
dis eo quod ciuitati Tiberiadensi que uulgariter
Tyberia nominatur adiacet. iuxta quam ciuitas
petri et Andree, quam dominus propria illuſtrauit
preſentia ſua eſt Beſſayda. Dicitur preterea
quandoque ſtagnum geneſſareth. quod interpre-
tatur auram generans eo quod ex faucibus mon-
tium circumſtantium frequenter uentum colligit
ualidum, ex quo facta eſt in Stagno perturba-
tio et inualeſcente tempeſtate undis fluctibus
nauicule plerumque ſubmerguntur. fluuius autem
iordanis ad radices Libani montis iuxta ceſa-
ream Philippi ex duobus fontibus. videlicet Ior et Dan
ex quibus nomen trahit et originem in predicto

ſtagno Geneſareth deſcendit . Et inde totus Egrediens
per centum fere miliaria regionem adiacentem irri
gans per vallem illuſtrem que uallis Sallinarum
dicitur dicitur . in mare mortuum infunditur .
Et poſtea nunquam apparens abſorbetur in abiſſo .
Eſt autem ſecus lacum cui nomen cui nomen
Segor qui hodie uulgariter appellatur paumer
dicitur etiam predictum mare lacus alphates ſiue
alphandis et mare ſallis : eo quod ſit ita ſalſum
et amarum : ex eo nec homo nec beſtia bibere
potest . Et plerumque etiam mare dyaboli : eo quod nil
uiuum in eo generatur . nec aliquis uitam
habens in eo ſubmergi potest . habet autem iuxta
ſe montem ſallis excelſum arbores etiam iuxta
rippas eius poma ferunt pulcrum eius corticem
habentia , Interius autem non niſi cinis et faui
la fetida repperitur . Dominus enim ignem et ſul
phur pluit ſuper Sodomam et Gomorram et
alias tres ciuitates . homines enim illi peſſimi
erant , et hoſtes nature ignominioſam et abo
minabilem inter ſe abuſiue turpitudinem
operantes . In loco autem illo qui pentapolis di
cebatur eſt predictus lacus cuius fondus in
ueniri non poteſt . Dominus enim ciuitates illas
uſque in abiſſum poſt dictum incendium ſub
merſit . Fluuius autem Iordanis de quo pau
lo ante fecimus mentionem a monte libani
uſque ad locum illum multas ex ſe prebet co

moditates uniuerse regionis. Reddidit enim or-
tos irriguos et terram fructiferam habens aquas dul-
ces ad bibendum et pisces sanos ad edendum et
rippas ydoneas ad arundines seu cannas pereadas
ex quibus tecta domorum tegunt et parietes con-
texunt. Campi autem adiacentes ex calamellarum
condempsa multitudine stilantes dulcedine zuchari
procreant abundantiam. Peregrini autem et etiam
indigene corpora sua et etiam uestimenta sua in
aquis iordanis cum magna deuotione soliti sunt
abluere. Eo quod redemptor noster a beato Iohanne in fluuio
illo baptizatus contactu mundissime carnis fluuium
sanctificauit vim generatiuam conferens uniuersis
aquis. Tota etiam trinitas fluuium illum felicem
et dignissimum dedicauit. Supra quem pater est
auditus. Spiritus sanctus in columbe specie uisus. filius
in humana natura baptizatus. multi autem utriusque
Sexus homines et mulieres baptismo penitentie
a beato Iohanne in predictis aquis baptizati se se
habiles et idoneos et aquarum submersioni assue-
factos reddiderunt. In signum autem future puri-
ficationis Naaman syrus in hoc flumine a lepra
mundatus quasi carnem pueri recepit. Iosue autem
cum multitudine filiorum israel aquis superioribus
in altum ascendentibus, Inferioribus autem in
mare descendentibus sicco uestigio pertransiuit.
Ex quo lapides iuxta numerum duodecim tri-
buum filiorum israel extruxerunt. De quibus ad litteram

dixit beatus iohannes Baptista. Potens est dn̄us de
lapidibus istis suscitare filios abrae. helyas autem
et heliseus aquis Iordanicis helye palio p̄cussis et
in duas p̄tes diuisis siccum transierunt. Multi aūt
ex viris religiosis p̄pter fluminis sanctitatē et
aquarum oportunitatem uicinas fluuio constru
xerunt h̄itationes.

Capitulum. liiii. De monte Tabor

IN monte etiam Tabor qui sublimis est et
arduus ualde / in quo dn̄us coram Petro iaco
bo et Iohanne p̄ntibus moyse et helya trans
figuratus gloriam future resurrectionis ostendit
propter loci reuerentiam et honorem monastiū
construxerunt. Est autem predictus mons in re
gione galilee non longe a Nazareth h̄ns ad radi
cem eius torrentem Cison. Montes autē Gelboe
ex una p̄te ex altera uero mare Galilee de mōtib9
autem Gelboe quidam fabulantur q̄ nec ros n̄
pluuia ad terram sup̄ eos descendit. Sȝ hoc falsū
esse a uicinis h̄itatoribus frequenter est cōp̄batū.
De ordinibus autem Cisterciensium et p̄monstracē
sium in locis idoneis monasteria construxerunt
Multi autem ex hys qui desiderio sancte terre de
terra sua et de cognatione sua et de domib9 patrū
suorum exierunt licet turba et tumultus hoīȝ
plerūq; religioni sit impedimentuȝ maluerūt tn̄
turbas p̄p̄loȝ corporaliter h̄itare q̄ a Sanctaruȝ
ciuitatuȝ ierl̄em Bethleem et Nazareth. que tanq̄

celle aromatice ſaluatori reddolent conuerſationez
bitatione priuari. In Nazareth enim de Spu ſacto
ex maria uirgine conceptus fuit dnus in Bethlez
natus. In Ieruſalem pro ſalute noſtra crucifixus
mortuus et ſepultus.

Caplm LV. De ſancta ciuitate Ieruſalem et de Pa
triarcha et ſuffraganeis eius.

Est autem Ieruſalem ciuitas ciuitatum ſcta
ſcta. dna Gentium. Princeps prouinciarum
Spali prerogatiua ciuitas Regis magni
dicta. et quaſi in centro mundi in medio terre ſita
ut ad eam confluerent oms gentes poſſio patar
charum: alumna propharum. doctrix applorum
Salutis nre cunabula. dni patria. mater fidei ſicut
Roma mater eſt fidelium, a deo precelecta et ſcti
ficata in qua ſteterut pedes eius ab angelis hono
rata et ab omni natione que ſub celo eſt frequentata
Eſt autem in monte pheminenti conſtituta eſt ex
utraqz pte montuoſa. in illa parte Syrie que dicitur
iudea et paleſtina, lacte et melle fluens. frumeto
uino et oleo et omnibus bonis tpribus abundas,
fluminibus autem prorſus. Fontes autem non
habet excepto uno qui Siloe notatur. Qui ſub mote
Syon per medium uallis Ioſaphat fluens quadoqz
copioſas miniſtrat aquas. Pleruqz uero modice
uel penitus aque nulle reperiuntur in eo. Sunt
autem tam in urbe qz extra urbem ciſterne mlte
ex aquis pluuialibus: tam homibus qz aialibus

ad potum ſufficientes et ad alias uarias neceſſi-
tates. habet autem plura et diuerſa noia ex ua-
rijs euentibus et ſecundum diuerſas linguas
et nationes. Primo enim eſt uocata Iebus. Poſtea
Salem. Ex quibus duobus uocabulis nomen ter-
tium ht ieruſalem. dicitur etiam Soluna et Iero-
ſolima. Buza et Bethel. ad ultimum dicta eſt helya
ab helyo queſtore Romano: qui eam in quo loco
modo eſt. poſt deſtructioem a Tito et Veſpaſiano
factam rehedificauit. Primus eius Epus fuit
Iacobus aplus qui ptica fullonis pcuſſus in Ie-
ruſalem martirio tranſiuit ad dnum. Poſt hc
uſq ad tpra Iuſtiniani impatoris non niſi ſi-
plices huit epos nulla maioris dignitatis proga-
tiua pheminentes. Tpribus autem predicti deo
dilecti et religioſi impatoris in Synodo generali
apud urbem Conſtantinopolitanam ob reuen-
tiam ciuitatis ſcti in ea conſtituerunt patriar-
cham quoſdam ſuffraganeos epos Anthiocheno
et Alexandrino ſubtrahentes eo q in confinio
et limite horum duoz patriarchatuum erat co-
ſtituta optinet autem quartum locum apud ſe-
dem apoſtolicam in ecclia dei. ht autem ſub ſe
quattuor metrapolitanos: quoz primus eſt Ty-
renſis. continens ſub ſe quattuor ſuffraganeos
epos. S. Anchonenſem. Sydonenſem. Berithenſez
et Paneadenſem. Eſt autem paneas ciuitas il-
la que nuc uulgariter Bellinas nucupatur ad

radicem montis libani ſita. Damaſcene ciuita-
ti ſatis uicina; et eſt terminus terre promiſſiōis
ſecundus metropolitanus ſeu archiepus eſt ceſa-
rienſis unū ſolum ſuffraganeum habens ſub-
iectum epm̄ vƺ Sebaſtanſem.

Capitulum .lvi. De ciuitatibus Sabaſta et Tibe-
riade. et Bethſa. Et petra deſerti.

SAbaſta alio nomine olim dicebatur Sama-
ria. in qua ſepulti fuerunt uiri ſancti. Iohs
baptiſta et heliſeus. et Abdias propheta
ciuitas autem que dicitur prophiria ſiue cayhas
non habet epm̄. ſubeſt autem īmediate Archiepo
Ceſarienſi. Tercius uero metropolitanus eſt Na-
ʒarenus. vnum ſolum hn̄s ſuffraganeum Tibe-
riadenſem epm̄. Eſt autem Tiberias ciuitas ſup̄
mare galilee ſita in regione galilee. frumti/uini
et piſcium ubertate redundans. fuit quondam
archiepalis dignitas in vrbe cicopoli que hodie
dicitur Bethſas inter montes Gelboe et Iordaīs
fluuium in campeſtribus ſita. Eſt autem fer-
tilis ualde riuis et fontibus irrigua que quō-
dam tercie paleſtine et uniuerſe galilee metro-
polis extitit. Sƺ propter dignitatem loci et
reuerentiam dnīce ɔceptionis tranſlatus eſt
archiepātus ad ciuitatem naʒarenam. Quart9
metrapolitanus eſt patracenſis. Vnum ſoluƺ
habens ſuffraganeum epm̄ grecuƺ in monte
Sinai eccliē btē uirginis caterine. et monacis

eiuſdem monaſterij prefectum. Eſt autem petra
ciuitas munitiſſima. que uulgari nomine hodie
dicitur. Erat et petra deſerti. ultra iordanem in fi
nibus Moab in monte ſublimi ſita. Sedes arabie
metropolis. Eſt autem ut dicitur Locus ille de quo
dicit Iſaias propheta. Emitte agnum dn̄e dn̄atorez
terre ꝛc. Eſt autem iuxta urbem antiquiſſimam
que dicitur Babath ante quā ciuitatem ꝓcurante
dauid occiſus fuit Urias.

Capitulum. L.vii. De Ciuitate Nazareth et ebron et Lida.

HAbet preterea Ieroſolomitanus patriarcha
quoſdam Epōs ſuffraganeos ſibi nullo me
diante ſubiectos. ſ. Bethelemitanū et ebro
nenſem et Liddonenſem. fuit autem ecclia bethe
lemita prioratus canonicorum regularium uſq
ad tempora Balduyni primi regis latinorum
in Ierſalem. Rex uero propter loci dignitatem
et dn̄ice dūmitatis ꝑexcellentiam eam dignitate
cathedrali ſublimauit Conſtituens in ea Epūm
de mandato et uoluntate bone memorie paſcalis
pape qui Aſcalonem ciuitatem eidem īmediate
ſubiecit. Similiter ebronenſis ecclia que prius
fuerat prioratus ꝓpter loci dignitatem in quo
ſepulti ſunt Adam et Eua et tres patriarce
Abraam. Iſaac. et iacob. cum Sarra et Rebeccha
in Spelunca duplici. Et propter reuerentiam ſ
uorum dei ad Epātam ſublimata eſt dignitatem

Ebron autem antiquis noib; arbe et cariathar
be appellatur. Lidda autem ciuitas odam dioſ
polis appellabatur. Nunc ad ſanctum Georgiũ
nucupatur.

Caplm. Lvm. De Abbatibus et prioribus in patriarchatu Ieruſolomitano conſtitutis.

HAbet inſuper predictus patriarcha
abbates: et priores ſibi ſubiectos inſi
gnia pontificalia. Baculos mittras
anulos: et Sandalia ex priuilegio dignitat
habentes dño patriarce in miniſterio reue
renter aſſiſtentes. Patriarchalis ſiquidem
ecclia eſt dñcum ſepulcrum ſub monte Cal
uarie canonicos ht regulares. ſecundum regu
lam et habitum Beati Augustini uiuentes
hñt autem priorem ad quem cum pdctis ca
nonicis ptinet elligere patriarcham qui eſt
loco abbatis. In eccleſijs autem templi dñi.
et montis Syon, et montis oliueti ſunt abba
tes et canonici ſecundum predictam regulam
bti Auguſtini dño miniſtrantes. In ecclijs uero
de latina. vallis Ioſaphat ſunt abbates cum
monacis nigris. ſecundum regulam beati
benedicti dño ſeruientes. In Bethania uero
que eſt caſtellum marie et marte et lazari
fris earum et diſtat a ierusalem. xv. ſtadijs
ultra monte oliueti. in decliuo eiuſdẽ mõtis
eſt abbatia ſancti lazari que dicitur de Bethania

In qua eſt abbatiſſa nigra moniales que ſancti bene
dicti regulam et inſtituta profitentes. Eſt autem
alia Bethania tranſiordanem ubi erat iohannes
baptizans. Euiuſdem autem ordinis et profeſſionis
eſt abbatia ſancte anne matris uirginis marie
matris domini iuxta portam que dicitur Ioſaphat
iuxta probaticham piſcinam ſita. In quo et
loco beata uirgo maria nata fuiſſe perhibetur
in qua eſt abbatiſſa nig cum monialibus ni
gris. Abbatia inſuper ſancte marie in ierusalem
cum abbatiſſa et monialibus nigris ſub beati
benedicti regula deo ſeruientibus tamquam cella
aromatica Sanctis caſtis et deo deuotis perſonis
erat refecta que religionis diſtrictionem uite
honeſtatem. et caritatis feruorem nulla com
pellente aduerſitate uel paupertate amplexi
fuerunt. in monte Tabor eſt abbatia nigrorum
monachorum ſub metrapolitano nazareno
Ioppen autem Ciuitas non habet Epiſcopum ſed in
mediate eſt ſuppoſita priori et canonicis do
minici Sepulcri. Similiter ciuitas Neapo
lis que in euangelio dicitur Sichar. ubi eſt
puteus iacob iuxta quem dicitur Locutus
eſt dominus ihesus mulieri ſamaritane Epiſcopo caret.
pertinet autem immediate ad abbatem dominici
templi. Multe etiam ſunt ciuitates in terra
promiſſionis que licet ante tempora latinorum
prius haberent Epiſcopos Surianorum et Grecorum

latini tamen ppter multitudinez et paupta-
tem eoꝝ. Ne dignitas eplis uilipenderetur
Plures ecclias cathedrales et ciuitates uni
cathedrali ſubiecerunt. Nunc autem de
his locis que inter alia loca uenerabilia ma-
iorem hnt ſcitatis pheminentiam breuiter
ſubiungamus.

Capitulum .Lviiii. De ciuitatibus Nazareth et Bethelem.

NAzareth ciuitas eſt modica fere in
introitu galilee ex pte occidentali iux
montes ſita. Inter ipam autez et So-
phorum eſt fons irriguus et pſpicuus aqs
ex ſe copioſe emittens. qui fons ſephoritan
appellatur. In quo loco Reges Ieruſalem freqnt
pp herbarum et aquarum comoditatez ſolent
exercitus ſuos congregare. In hac autem ciui-
tate a quibuſdaz bta uirgo fuiſſe phibetur.
hoc eſt autem non eſt dubium, q in ea poſtq
deſponſata fuit Ioſep, uirgo ſancta morabit
ad quam miſſus eſt angelus ſalutis nre nuncias
primordia. hec autem ſancta et amabilis
deo ciuitas. In qua uerbum caro factum
eſt: et flos omnia uincens aromata. i uto
uirginis germinauit. Vnde et merito flos
interpretat. In hoc ſup omnes alias ſpali
gaudet preuilegio. q ſalutis nre dns in
ea principium pcepit. Et in ea preterea

nutriri et parentibus ſubici dignatus eſt. Cui
pater omnia que ſunt in celo et in terra ſubiecit.
Bethelem que domus panis interpretatur. In qua
natus eſt uerus panis qui de celo deſcendit. in
decliuo montis Ieroſolomitani ſita eſt longe
diſtans a ciuitate ſancta per miliaria .ſ. quat
tuor. In hac ueri dauid ciuitate eſt ſancta
et uenerabilis ecclia cathedralis in honore bte
bte uirginis conſecrata. Preſepium etiam in
quo iacere et reclinare dignatus eſt ille cuius
celum ſedes eſt. Terra autem Scabellum pe
dum eius factus fenum ſecundum carnem
quo pia aialia ueſcerentur. In quo loco paſtores
reuelatione angelica admoniti puerum pannis
Inuolutum cum maria matre eius inuenerunt
Et tres Magi Stella duce ad predictam ciuitatem
uenientes. Natum regem humiliter reges ado
rantes miſtica ei munera obtulerunt. In hac
hoſtis ipius herodes chriſtum querens occidere
multos inocentes pueros uel paruulos inter
fecit. In ea etiam Sepulcrum eſt Rachel uxoris
iacob que dum peperiſſet Beniamin in eodem
loco uitam finiuit. Ex hac traxit originem
illa mulier Neemi que Ruth Moabitidem
adduxit de petra deſerti quam duxit Bohom
uxorem. Ex quorum progenie ad montem filie
ſion uenit agnus terre dnator. De ciſterna
autem Bethelemitida dauid aquas concupiuit

aquas sapientie salutaris potare desiderans de
cisterna beate virginis. hanc autem sanctam deo
dilectam ciuitatem Beatus latinus interpres Ie-
ronimus ut ibi dño seruiret pelegit. In qua etiã
corpus eius gleba pretiosa tradita est sepulture.
Beata etiam paula et Eustochium filia eius cũ
multis alijs virginibus in monasterio sctí
dei seruitio et diuine contemplationi deuotissĩe
uacantes regnum mundi et omnem eius orna-
mentum pp̃ter amorem dñi nr̃i iesu christi et
loci sancti deuotionem contempserunt.

Capitulum .Lx. Iterum de ciuitate Ierusalem
et de locis Sanctis qui in ea continentur

Ciuitas autem sancta ierusalem in qua
redemptionis nostre misteria dnũs nr̃
corporaliter exhibuit, omnibus alijs locis
et ciuitatibus priuilegio pheminet sanctitatis
et excellentia dignitatis tanto odore agni plena
Cui benedixit deus, et plures religiosas psonas
ad se traxit, qui locorum uenerabilium mltitu-
dinem varijs et competentibus temporibus uisi-
tantes cum feruore sp̃s. nũc ex his. nũc ex illis
misericordiam assumentes deuotiõis et ardoẽ
desiderij aĩas suas urgentes ipas pretedio non
sinebant dormitare. Est autem nominata et-
noiãnda ciuitas secundum om̃s eius ptes et in
monte sublimi posita, et muro ualido undiq3
circumdata. Nec nimia paruitate angustari

magnitudine cuiq̃ ſtudioſa a muro uſq; ad mu-
rum hn̄s diſtantiam quantum arcus quatter
proicit ſagittam. h̄t autem a parte occidentali
munitionem ex lapidibus quadris cemento
et plumbo fuſili quaſi indiſſolubiliter com-
paginatis / conſtructam que ex uno eius latere
pro muro eſt ciuitati / et Turris Dauid ap-
pellatur. Montem autem Syon h̄t a meridie
In quo dauid in arce Syon eiectis iebuſeis ha-
bitauit et eam ciuitatem appellauit. monte
autem oliueti h̄t ab oriente. Mons ſiquidem
Caluarie in quo crucifixus eſt dn̄s nr̄. v3 ps
illa que golgotha nūcupatur. Et locus dn̄ici
Sepulcri: qui loco illius proximꝰ eſt ſub mōte
Caluarie uſq; ad tempora Iulij Adriani impe-
ratoris extra ciuitatis ambitum erat / dn̄us
enim paſſus et ſepultus eſt extra portam ciui-
tatis. Predictus autem Adrianus ciuitatem
a Tito et Veſpaſiano deſtructam reparauit
vicos et plateas decenter decorauit pauimēto
ductus aquarum conſtruens quibus pluuia-
li tempore ciuitas a Sordibus mondaretur.

Capitulum. LXI. De dominico ſepulcro et monte Caluarie et monte Syon.

Adeo autem ciuitatem ampliauit ꝙ locū
dn̄ici Sepulcri intra murorum ambitū
Incluſit. In quo loco poſtea chriſtiani
ob reuerentiam dn̄ici artificioſo opere decēti

forma rotunda uno tantum foramine ſupius
aperta dn̄ice reſurrectionis eccliam glorioſam
conſtruxerunt. Que inter ſancta et uenerabi-
lia loca non īmerito optinet principatum. In
quo loco corpus dn̄i pretioſum cum aromatibꝫ
honorifice ſepultum. uſqꝫ in die tertia requieuit.
die autem tertia ſurrexit. In quo ſancto loco
ſcī angeli mulieribus apparuerūt. milites
autem ſepulcrum cuſtodientes ueluti mortui
effecti ſunt. In quo etiam loco in nocte dn̄ice re-
ſurrectionis ignis ſacer deſcendit de ſupius.
Cum autem per uniuerſum mondum a fide-
libus dicatur. Surrexit de ſepulcro qui pro
nobis pependit in ligno. Soli canonici ecclie
reſurrectionis dominice ſpāli gaudent prero-
gatiua dicentes et ad oculum demoſtrationem
facientes. Surrexit dn̄us de hoc ſepulcro ſimilr̄
in euangelio paſcali cum dicatur ſurrexit nō
eſt hic, dyaconus qui legit euangeliū digito
demonſtrat dn̄icam ſepulturam. Is autem
qui dicitur caluarie locus ebraice autem golgotha
ecclie dn̄ici ſepulcri uicinus inter loca ſancta
magnam obtinet dignitatem et maxima ob me-
moriam dn̄ice paſſionis hr̄ compunctionis uir-
tutem. In quo deus paſſus eſt pro ſalute nr̄a
ueſtimentis exutus, in cruce leuatus. Clauis
affixus, et felle et aceto potatus. a iudeis iriſus,
inter iniquos deputatus morte ignominioſa.

condemnatus pro tranſgreſſoribus orauit. matrē
ſuam diſcipulo cōmendauit. Latroni ſalutē pro-
miſit cum clamore et lacrimis ſpm̄ emiſit / ex latē
perforato Sanguinem et aquam quibus mundū
ablueret produxit. in quo loco ueſtimenta eius di-
uiſerunt. et ſuper tunicam eius ſortem miſerūt.
Terra mota eſt / et petre ſciſſe ſunt. Sanguis eius
in terram cecidit. Sol obſcuratus radios ſuos ſub-
traxit. hijs omnibus dum locus ſacer a deuotis et
peregrinis frequentetur cor contrictum et humilia-
tum compungitur. Et quaſi torcularis paſſionis
Lacrime compaſſionis exprimuntur. Vrbs autē
fortitudinis nr̄e mons ſyon cognominatus mons
pinguis. mons in quo bn̄placitum fuit dn̄o hitāre
quaſi fauus diſtilans dulcedinem / et flos redolēs
ſuauitatis odorem pias mentes afficit / et cōfortat
et reficit et Scītatis ſue p̄heminentia conſolat᷑.
et paſcit in quo deus paſca cum diſcipulis celebra-
uit. Pedes apploꝝ linteo p̄cintus lauit exemplū
humilitatis oſtendit. Veſtimenta reſumens cū
diſcipulis manducauit et bibit nouum teſtam̄tū
inſtituit panem in corpus ſuum / et vinum in
ſanguinem proprium ſuum conuerſum / diſci-
pulis ad manducandum et bibendum tradidit
dn̄us. Sermonibus diſcipulos informauit. In qͦ
Loco beatus Johannes ſuper pectus eius ſanctum
reccubuit. Et beata uirgo maria cum Johanne
ſibi ad cuſtodiam deputato poſt mortem filij ſui

q̄ dui :~

q̄ diu uixit habitauit. Et dn̄s discipulis suis ī
domo clauso hostio comorantibus apparuit. Apl̄i
etiam post ascensionem dn̄i usq; ad diem penteco-
stes in eodem loco cum ieiunijs et orationibus
spm̄ sanctum expectantes p̄manserunt. In die
uero pentecostes in specie ignis in loco illo spm̄
sctm̄ cum scientia linguarum oīum ad robur
receperunt. Facto autem super locum illum de
celo repentino sono multitudo Iudeorum conflu-
xit. quibus beatus petrus prophetiam Iohelis ex-
ponens mltos ad dn̄m conuertit. his omnibus
insignijs locus ille p̄heminens inter alia loca scā
maximam obtinet priuilegij dignitatem.

Capl̄m lxii. de Templo dn̄i et templo Salomonis
et de Monte Oliueti

TEmplum autem dn̄i sanctum quod in
monte Moria in area ornam Iebusey / a Sa-
lomone constructum est / Inter loca scā
et venerabilia nullatenus ē preterundum.
Quod licet a Babilonijs primo sit destructum
Est postea a Romanis a fidelibus tn̄ et religiosis
uiris opere rotondo decenter et magnifice in
eodem loco miro et subtili artificio iterum est
reparatum. In hoc loco supra ruppem que adh̄c
in eodem loco consistit dicitur stetisse et apparuis-
se dauid. exterminator angelus qui pp̄ peccatū
dinumerationis Israeletici populi que dauid
precipiente facta est multa milia de pp̄lo īteremit.

Vnde Sarraceni uſq; hodie templum appellant
Ruppem dñicam q̄d in tanta ueneratione hn̄t
ut nullus eoꝝ ipm̄ audeat aliquibus ſordib;
ſicut in alijs ſctis locis faciunt maculare. ſ;
a remotis et longinquis regionibus a tp̄ib;
Salomonis uſq; ad tp̄a pn̄tia ad ip̄m uenīūt
adorare. Quotiens autem ciuitatē ſanctā
poſſident imaginem machometi ponentes
in templo nullum christianum p̄mittunt
intrare. In predicta autem ruppe creditur
a quibuſdam archam dn̄i uſq; hodie fuiſſe
recluſam. eo q̄ ioſias Rex Iſrael īminētē
preuidens ciuitatis deſtructionem ip̄am in
ſanctuario templi includi p̄cepit et abſcōdi
in uno tn̄ libro Machabeorum reperit̄ q̄ In-
minente captiuitate exiuit Ieremias in mō-
te in quo moyſes aſcendit, et uidit dei he-
reditatem et in ſpelunca quam Inuenit ta-
bernaculum et archam et altare incenſi
Intulit, et hoſtium Spelunce obſtruens ait,
q̄ ignotus erit locus donec congreget dn̄us
congregationem ppl̄i ſui et propitiatus fiat
Et tunc deus oſtendet hoc. et apparebit ma-
ieſtas dn̄i. In hoc autem ſctō et uenerabili
loco cū Salomon opere conſumato dn̄o of-
ferret ſacrificia nebula impleuit domum
et apparuit gloria dn̄i. et ignis deſcendit
de celo et deuorauit holocauſta et uictimas,

Et maieſtas dn̄i impleuit domum dn̄i. Sed
omnes filij iſrael uidebant deſcendētem ignē
et gl'iam dn̄i ſuper domum. Cum autem flexis
genibus et manib9 ad celum ſpanſis oraſſet
Salomon dn̄m ut quicumq; templum beneficia
petiturus ingrederetur preces a dn̄o recuperet.
apparuit ei dn̄us dicens. Exaudiui oronem
tuam et deprecatioēm tuam quam depcatus
es coram me. Sanctificaui domū hanc quā
edificaſti mihi. oculi cordis mei erunt aperti
et aures mee erecte. ad oronem illius qui in
Loco iſto orauerit. Elegi enim et ſacrificaui locū
iſtum mihi. In hoc Loco ſicut in uno libro ma-
chabeorum Legitur heliodoro a Rege Anthiochio
miſſo, ut Locum ſanctum uiolaret, et pecuniā
depoſitam per uiolentiam aufferret apparuit
Equus terribilis hn̄s Seſſorem optimis opimē-
tis ornatum. Qui autem ſedebat uidebatur
arma aurea hr̄e. Equus autem heliodoro cū
impetu priores calces alliſit. Alij etiam aparu-
erunt duo iuuenes uirtute decori optimi gl'ia
ſpecioſoq; amictu qui circumſteterūt eum, et
ex utraq; pte flagellabant ſine intermiſſione
multis plagis uerberantes. In hoc beata uir-
go donec a Ioſep deſponſata fuiſſet cum alijs
uirginib9 dicitur miniſtraſſe templi cortinas
et ueſtimenta ſacerdotalia preparando lr̄as

ſacras diſcens ieiunijs / uigilijs: orōnibus et
diuinarum ſcripturarum ſtudijs prudenter
et humiliter uacans annis puerilibus a parē-
tibus ut ſiſterent eam coram dn̄o adducta
ad templum omnes gradus quibus aſcende-
batur ad templum per ſe abſq; ulla difficultate
dicitur aſcendiſſe. quod in oculis oīum mira-
bile uiſum eſt; et a ſeclo de paruulo ī fantu-
lo inauditum. In hoc loco dum ſctūs Zacha-
rias offerret incenſum dn̄o apparuit ei angl's
nūcians eius orōnem a dn̄o exauditam. oīns
enim ſacerdotes pro Meſſia uenturo et pro po-
puli liberatione in ora incenſi dn̄o ſupplica-
bant. Addidit preterea q̄ heliſabeth eius vxor
ſterilis / filium ei fuiſſet paritura. In hoc loco
dominus noſter ieſus chriſtus cum turture et
columba eſt a parentib; oblatus: et a Simeōe
ſuſceptus a Scta Anna uidua. et omnib; qui
expectabant redemptionem Iſrl' annūciatus-
Et cum iam duodecimū annū attigiſſet
ut diuine ſcripture uacando daret exemplū
In medio doctorum ad diſputationem ſedens
opponebat / et reſpondebat Ita ut omnes ſup
reſponſis et prudentia eius mirarentur. cū
autem aſcendiſſet orare in templum eiecit
ab eo ementes et uendentes et menſas nū-
mullariorum et cathedras uendentium co-
lumbas euertit obiciens eis ſcriptum eſſe

domus mea domus orationis uocabitur. Ali-
quando etiam supra Templi pinaculum ascē-
dit. vbi diabolus ut se deorsum mitteret temp-
tando subgessit. Imminente etiam eius passiōe
tota die erat in templo docens. et in uespere ī
Bethaniā succedens summo mane reuertebat
huius templi vellum in morte eius scissum
est a summo usq; deorsum: ut patet introytus
ad sancta sctorum. Ab huius templi pinaculo
beatus Iacobus apl̄us predicans precipitatus
ptica fullonis percussus coronatus est martirio.
Est preterea ierosolimis templum aliud im̄i-
nentis q̄titatis et amplitudinis a quo fr̄es mi-
litie templi templarij nōiantur. Quod Salo-
monis templum nūcupatur. forsitan ad distinctionē
alterius qd̄ spal'r templum dn̄i appellatur. Mons
autem oliueti. mons pinguis: mons oliuarum.
mons luminum. mons sanctus et omni acceptōe
dignus quasi passibus mille distat a ierosolis
in cuius decliuio est Betphage que interpre-
tatur domus Bucce. uitulus sacerdotum et
Bethania castellum marie Marthe et Lazari
in quo maria pedes dn̄i unxit et capillis suis
tersit, et ministrante Martha ad pedes dn̄i
sedens cibum ex eius ore auide suscipiebat.
In quo christus Lazarum suscitauit: in quo
etiam frequenter dignatus est hospitari. pre-
dicare: et miracula facere. in hoc etiam freq̄nt

dignatus eſt ſancto et digniſſimo monte do[minus] ſedere contra templum quando diſcipuli ei[us] ſigna aduentus eius ad iudicium: et cōſumationem ſeculi ab eo queſiuerunt. In quo etiam monte frequenter cum diſcipulis ſuis exibat ad orationem et maxime iminēte paſſione. In monte hoc a pueris hebreorum cum ramis palmarum ſibi obuiam occurrentibus honorifice eſt ſuſceptus. et ab illo loco cum hymnis uſque ieruſalem ſup[er] aſinū ſedens deductus. Ex hoc monte uidentibus diſcipulis ſuis ad celos glorioſe aſcendit.

Capitulum. lxiii. De valle ioſaphat et quibusdā aliis venerabilibus locis.

Sunt alia loca ſancta et uenerabilia tam in ciuitate q[uam] extra ſcilicet vallis ioſaphat, que eſt inter montem Syon et montem oliueti quo loco dicitur eſſe trans torrentem Cedron viculus paruus qui dicit[ur] Ieſſemanī et iuxta illum ortus in quo a Iudeis captus eſt d[omi]n[u]s. In hac valle uirgo b[ea]ta ſepulta fuit. In hoc etiam loco d[omi]n[u]s ad iudicium creditur eſſe uenturus. Sunt etiam probatica piſcina in cuius aqua ab angelo cōmota ſanabantur infirmi. Et natatoria Siloe in quo loco cecus natus curatus eſt a cecitate. Eccl[es]ia ſancti Stephani prothomartiris in quo loco ip[s]e a Iudeis fuit lapidatus.

Caſtellum emanis qđ diſtat a ieruſalem ſtadyȷs
Lx. hn̄s iuxta ſe modo ciuitatem machabeorū
ſ. modin et ciuitatem Gabaon in quo dn̄s ↄ
panem frangens et gr̄as agens duobus diſciplis
in fractione panis cognitus apparuit. Sunt alia
Loca q̄ꝫ plurima que dn̄s corporali pn̄tia ſua
uiſitare et ſcͤtificare dignatus eſt. Quecunq̄
enim loca dn̄s ſuis calcauit ſcͤtiſſimis pedibꝫ,
Scͤta et conſecrata / et pro pretioſis reliquijs a
fidelibus habentur. Vnde non īmerito terra
illa promiſſionis Lacte et melle fluens: et om̄z
aromatum ſuperans fragrantiam non ſoluz
religioſos clericos ſed etiam laycos / tam milites
q̄ alterius conditionis. vt in ea relictis parētibꝰ
et proprijs patrimonijs regulariter uiuerent
Incitauit / attraxit / et illexit. Quorum quidā
hoſpitalarij fratres hoſpitalis ſancti iohannis /
alij fratres militie templi. alij fratres ſancte
marie Teotonicorum in Ieruſalem nūcupantᵒ.

Caplm̄. Lxiiii. De Religione fratrum hoſpitalis ſancti Johannis Ieroſolomitani.

HOſpitale ſancti Iohannis a tempore Sar-
racenorum et Greccorum / cum adhuc
ſub Sarracenorum dominio ciuitas ſcͤta
captiua teneretur Inicium huīt in hunc mo-
dum / licet temporibꝫ illis totam terram pmiſſiōs
Sarraceni peccatis exigentibus occupaſſent /
multi tamen chriſtiani de gente Surianorū patꝛ

ſuam deſerere noluerunt. Sed extremis conditoibꝫ
afflicti et iugo dure ſeruitutis oppreſſi inter Sarrace
nos hitabant. Princeps autem Egiptius qui uniu̇ſas
regiones a Laudocia Syrie uſqꝫ ad extremam Egipti
ciuitatem Alexandriam poſſidebat quartam eccl̄ie
ierosolomitane portionem ex parte dn̄ici Sepulcri
Surianis et patriarce eoꝝ ſub annuo tributo ad
inhabitandum conceſſerat. alias autem tres ptes
inh̄itant Sarraceni. Vnde ex occidentalibꝫ ptibꝫ
plerumqꝫ ad terram promiſſionis ueniebant chri
ſtiam. Quidam cauſa negociationis tracti. alij cā
cauſa deuotionis et peregrinationis cum magno
piculo dato Sarracenis tributo Loca ſancta uiſi
tabant. Inter quos quidam de Longobardis et
maxime amalfinam de ciuitate Amalphia que
non niſi ſeptem miliaribus diſtat a Salerno ciui
tate egregia quia merces pegrinas afferebant. Et
principem egiptium tributis et muneribus ſibi
beniuolum et placatum reddiderant apud ipm
optimas inuenerunt conditiones. Vnde ab ipo
principe facile optinuerūt. vt in honore bte marīe
prope eccliam dn̄ici Sepulcri. quantum uix eſt
iactus unius Lapidis eccliam Latinorū conſtrueret
eo qꝫ Suriani Grecorum inſtituta et conſuetudines
in diuinis officijs penitus obſeruabant. Vnde
uſqꝫ in hodiernum diem p̄dc̄ta eccl̄ia dicitur eccl̄ia
ſancte marie de latina. Latinum enim abbatem
et monacos more latinorum diuina celebrantes

in ea inſtituerunt. Tempore autem procedente ex
ſeptam monaſterij eo quod mulieres peregrinas reci
pere in eodem loco inhoneſtum putabant aliud or
dinauerunt monaſterium in honore beate Marie
Magdalene et Sorores mulieres religioſas que
peregrinis mulieribus Latinis in predicto loco mi
niſtrarent et eas hoſpitio reciperent. Poſt hoc
uero confluente peregrinorum multitudine
cum predicta monaſteria ad recipiendos omnes
pauperes aflictos et infirmos non ſufficerent
iuxta ecclesiam ſuam predicti abbas et monaci
ad opus infirmorum et egenorum hoſpitale et
capellam in honore ſancti Iohannis Eleymon
in eodem loco conſtruxerunt. hic uir ſanctus deo
placens et per omnia uenerabilis fuit Ciprius na
tione et meritis ſanctitatis exigentibus ad patri
archatum Alexandrinum fuit uocatus. Et quoniam
in elemoſinis et alijs opibus pietatis ſingulariter
precellebat eleymon .i. miſericors eſt appellatus
Et quoniam a principio dictum Senodochium ſiue
hoſpitale ſancti iohannis redditus ſeu aliquas
poſſeſſiones non habebat de fragmentis et reliquijs
menſarum utriuſque monaſterij et de quibuſdam
elemoſinis fidelium abbas de latina ad quem
illud hoſpitale ſpectabat pauperibus et infirmis
faciebat prouideri. Poſtquam autem placuit diuine
uoluntati et pietati ut noſtre redemptionis ci
uitatem per ducem Gotifredum et alios christi

fideles ab impiorum dominio liberaret · et eaꝫ cultui chriſtiano reſtitueret / Vir quidaꝫ ſcte uite et probate religionis noīe Geraldus qui Longo tempore de mandato abbatis in predcto hoſpitali pauperibus deuote miniſtrauerat adiunctis ſibi quibuſdam honeſtis et religioſis uiris habitum regularem ſuſcepit · et ueſtibus ſuis albam crucem exterius affigens in pectore regule ſalutari et honeſtis inſtitutionibus facta ſolemniter profeſſione ſeipſum obligauit · Cum etiam mulier quedam agnes noīe romana natione nobilis carne · ſed nobilior ſanctitate que in monaſterio mulierum uicem geſſerat abbatiſſe · In miniſterio pauperum admonita eſſet eandem regulam et humilitatis hitum uotiue ſuſcepit · predicti igitur frēs humiliter et deuote dn̄o ſeruientes et infirmis pauperibus de pauꝑtate ſua diligenter miniſtrantes In agro qui dicitur alchedemach · mortuos ſuos ſepeliebant · hic eſt ager figuli qui emptus eſt a Iudeis in ſepulturam peregrīoꝝ ex triginta argenteis quos Iudas in templo ꝓiecit · Abbati autem Marie de latina qui dicti hoſpitalis principium fuerat · et tam ipos q̄ infirmos eorum de menſa propria diu ſuſtentauerat obedientiam et reuerentiā q̄ diu pauperes fuerunt non negauerūt / primū pauꝑtatis ſue patronum et ad coadiutorem eoꝝ

et loci apud dnm et aduocatum suum deuotis-
sime confitentes. Dno autem patriarce ierosolo-
mitano deuote obedientes de rebus suis decimas
secundum sacros canones et utriusque testamenti
precepta absque contradictione tradebant. Ora-
tioni autem uacantes uigilijs et ieiunijs se ipsos
affligentes operibus misericordie afluentes
parci sibi et austeri pauperibus autem et infirmis
quos dnos suos appellabant largi et misericor-
des existebant. Panes de pura simula largie-
bant infirmis. residuum uero cum furfure ad
proprios usus reseruabant. Siquis autem inter
ipsos delinquebat in aliquo nullo modo relinque-
batur impunitus Ne facilitas uenie preberet
incentiuum delinquendi. secundum enim quod cul-
pe reatus exigebat. Quidam signo crucis a ue-
stimentis auulso tanquam membra putrida procul
eiciebantur. alios uinculis et carceri mancipa-
bant. alios ad pedes fratrum in terra cibum
parcissimum usque ad condignam satisfactionem
sumere deferebant. Et quoniam deus erat cum
eis ab omnibus amabantur. Unde factum est
quod in omnem terram christianorum exiuit sonus
eorum et in fines orbis terre fama sanctitatis
eorum. Et quoniam ex omni natione et tribu et
lingua post terre sancte liberationem christiani
sepulcrum dni uisitaturi ierosolimis confluebat
largitione principum et elemosinis fidelium

modico tempore adeo ditati ſunt quod ab uniuerſis occidentalibus prouintijs redditus copioſos colligentes. Caſalia ſibi et oppida tanquam terre principes comparantes dictioni ſue ſubiecerunt.

Capitulum .LXV. De Religione fratrum militie Templi.

His ita geſtis procedente tempore cum ex omnibus mundi partibus diuites et pauperes iuuenes uirgines. Senes cum iunioribus loca ſancta uiſitaturi Ieroſolimas pergerent latronculi quidam et raptores et uiarum publicarum predatores incautis peregrinis inſidiantes multos ex ipſis ſpoliabant quoſdam autem trucidabant. Quidam autem deo amabiles et deuoti milites caritate feruentes mundo renunciantes et chriſti ſeruitio ſe mancipantes in manu patriarce Ieroſolomitani profeſſione et uoto ſolemni ſeſe aſtrinxere. ut a predictis latronibus et uiris ſanguinum defenderent peregrinos: et ſtratas publicas cuſtodirent more canonicorum regularium in obedientia et caſtitate et ſine proprio militaturi ſummo Regi Quorum principium extiterunt uiri venerabiles et amici dei. Ugo de paganis. et Gaufredus de Sancto Aldemaro. In hoc autem tam ſancto propoſito non niſi nouem fuerunt a principio Talibus autem utentes ueſtimentis quales ſibi in elimoſina largiebantur fideles.

Novem annis in habitu seculari servierunt. Rex
autem et eius milites predictis viris nobilibus
qui omnia pro christo reliquerant compatien-
tes una cum domino patriarcha de rebus propriis
eos substentabant: quedam beneficia et possessiones
eisdem postea pro remedio animarum suarum con-
ferentes. Et quoniam nondum habebant propriam
ecclesiam nec certum domicilium. Dominus Rex in
quadam parte pallatii sui iuxta templum domini
eisdem ad tempus habitaculum concessit. Ab-
bas autem et canonici templi domini platea quam
habebant iuxta Regis palatium ad opus offici-
narum eis tradiderunt. Et quoniam iuxta tem-
plum domini mansionem habuerunt. Fratres mili-
tie templi. postea ut dicitur sunt appellati. Cum
autem annis novem in hac professione et secta
paupertate communem vitam ducentes concorditer et
quasi unius moris in domo permansissent anno
gratie. M.c.viii. de mandato honorii pape et domini
Stephani patriarce Ierosolomitani Instituta est
Regula et Albus habitus absque ulla cruce assi-
gnatus. hoc autem factum est in concilio generali
apud Tretas civitatem Campanie celebra-
tam sub domino Albanense episcopo Apostolice sedis
Legato presentibus Remensi et Senonensi ar-
chiepiscopis et cistersiensis ordinis abbatibus cum
multis aliis ecclesiarum prelatis. Post hec vero tempore
domini Eugenii pape Cruces rubeas vestimentis

ſuis exterius affixerunt . ueſtes albas in ſignū
inocentie defferentes per cruces autem rubeas
martirium deſignantes : eo q̄ ſanguinem pro-
prium ſecundum inſtituta regule pro defē-
ſione terre ſancte effundere ſunt profeſſi . et
christi crucis inimicos uiriliter expugnando
a christianorum finibus procellere / et ad nutū
et mandatum eius qui preeſt militie non
impetuoſe nec inordinate . ſed prudenter et
cum omni cautela ad prelia procedē : primi
in progrediendo in regrediendo poſtremi . nō
eſt eis licitum terga fugiendo dare uel ſine
mandato reuerti . Et quoniam ſtrenui et for-
tes christi milites tanq̄ alteri machabei de
uiribus ſuis non p̄ſumētes : ſed in uirtute di-
uina ſpem omnem ponentes / et in cruce dn̄i
nostri ieſu christi ſūmā habentes fiduciam
p̄cioſe in conſpectu dn̄i morti corpora ſua pro
christo exponebant dn̄s pro ipis et cum ipis
pugnabat . Vnde adeo formidabiles facti ſūt
fidei christi aduerſarijs : q̄ unus p̄ſequebat̄
mille et duodecim millia : non quot eſſent
ſed magis ubi eſſent dum ad arma clamaret
interrogantes . Leones in bello . agni māſueti
in domo . In expeditione milites aſperi . In
ecclesia uelut heremite et monaci . Inimicis
christi feroces . Christianis autem benigni et
mites . Vexillum bipartitum ex albo et nigro

quod nominant balzant· uel baucent preuium ha-
bentes. Eo quod christi amicis candidi ſunt et beni-
gni. Nigri autem et terribiles inimicis. Et quo-
niam religionis uigor abſque diſtinctione diſci-
pline non poteſt obſeruari. viri religioſi et pru-
dentes a principio ſibi precauentes et in poſterum
ſibi prouidentes tranſgreſſiones ſeu negligentias
delinquentium fratrum nullo modo diſſimulare
uel impunitas preterire noluerunt. Sed quan-
titatem criminum et peccatorum circumſtantias
circumſpecto examine diligenter ponderantes
a conſortio ſuo quoſdam irreuocabiliter eiicientes
crucem rubeam aufferebant ne morbide capre
contagio grex ouium macularetur. alios autem
uſque ad condignam ſatiſfactionem ad terram
abſque mappa cibum tenuem ſumere coram omnibus
ut eis rubor et aliis timor incuteretur. Iniun-
gentes quibus etiam ad cumulum maioris con-
fuſionis et expiationis canes ſi forte ſecum man-
ducarent non liceret amouere. alios autem ut
a gehennali carcere ualerent liberari carceribus
et uinculis ad tempus uel in perpetuum ſe-
cundum quod expedire uidebatur cohercebant.
Multis inſuper aliis modis ſecundum regule
ſalutaris inſtituta ad obſeruantiam regularis
diſcipline et profeſſionis honeſte rebelles et
contumaces compellebant. Domino etiam patriarche
Ierosolomitano a quo et profeſſionis initium

et uite corporalis subsidium habuerunt debitam
obedientiam exibebant. Decimas et alia que sūt
dei deo. Et que sunt Cesaris Cesari reddentes et
nulli molesti erant. Sz ab omnibus ꝑpter humi
litatem et religionem amabantur. Ex quo factū
est ꝙ nomen honestatis eoꝝ et fama sanctita
tis eorum quasi cella aromatica redolens suaui
tatem odoris diffusa est per mūdum uniūsuz.
Et repleta est domus ecclie sancte ex odore un
guenti et memoria eorum in ore oīum fideliū
quasi dulcedinē mellis sapiebat. virtutes aūt
et prelia ipoꝝ. et gloriosos de christi inimicis
triumphos enarrabat oīs ecclia sanctoꝝ. Mi
lites autem ex uniuerso non solum mediocres
sed et duces et principes eorum exemplo mūdi
uincula disrumpentes et omib; pro christo
renūciantes ad eos confluebant professiōis
et religionis eorum cupientes esse ꝑticipes po
posam mundi uanitatem et carnales delicias
a se penitus relegantes et tanqꝫ stercora re
putantes christi militiam et religionis humi
litatem diuinitus inspirati deuotissime am
plexabantur. vnde modico tp̄re adeo multi
plicati sunt ꝙ in conuentu eorum plres trecē
tum equites exceptꝭ seruientib; quorum non
erat nūs omnes albis clamidibus indutis hr̄ent.
albis autem possessionib; tam citra mare ꝙ ult
dilatati sunt in inmensum. villas Ciuitates
et opida :-

et opida exemplo fratrum hoſpitalis ſancti iohis
poſſidentes ex quibus certam pecunie ſumam
pro defenſione terre ſancte ſumo eorum magro
cuius ſedes principalis erat in Jeruſalem mit
tebant annuatim. pari modo ſumo et principa
li magiſtro hoſpitalis ſancti Johannis peures
domorum. quos preceptores noiant certam
pecunie ſumam ſingulis annis tranſmittunt.
Predicti enim hoſpitalis fratres ad Imitatioem
fratrum militie templi armis materialib; ute
tes. militeſ cum ſervientib; in ſuo collegio rece
perunt ut adimpleretur quod dictum eſt p Iſaya
propham de promotione et ſtatu future eccle
ponam te in ſupbiam ſeculorum. Et iterum
lupus et agnus paſcentur ſimul. Leo ut bos co
medet paleas. habitabit lupus cum agno. et
pardus cum edo accubabit. vitulus et leo. et
ovis ſimul morabuntur.

Capitulum .lxvi. De Religione fratrum hoſpitalis
ſancte Marie Teotonicorum in Jeruſalem.

ET quoniam funiculus triplex difficile
rumpitur. placuit divine pvidentie pre
dictis duabus domibus addere tertiam
terre ſancte admodum neceſſariam quaſi ex pre
dictis duabus domibus compoſitam. Profeſſioez
enim et Regulam et Inſtitutiones fratrum mi
litie templi tam in bello q in pace prorſus obſer
vant. Infirmos et peregrinos et alios nihilominus

ſicut fratres ſancti iohannis in hoſpitali ſuo
quod dicitur ſancte marie teothonicorum in
Ieruſalem recipiunt. Eiſdem cum deuotione
et omni pietate ſuffragia miniſtrantes ſuf-
ficienter. dn̄o patriarce et alijs ecc̄liarum pre-
latis humiliter obedientes / decimas autem
integras ex omnibus bonis que poſſidet ſm̄
ꝙ exigit ordo Iuris et diuina inſtitutio reddētes
ecc̄liarum prelatos non moleſtant. hi autem q̄i
modico fonte principium hn̄tes in magnū flu-
uium excreuerunt Beata uirgine Maria eoꝝ
aduocata: cui cum omni deuotione et humili-
tate seruiunt: eis tam in bonis ſp̄ualibus q̄p
tp̄ralibus ſubſidium promouēte et īcremen-
tum largiente. Cum enim ciuitas ſancta poſt
predictam eius liberationem h̄itaretur a
chriſtianis et multi ex theotonicis et alama-
nis cauſa peregrinatōis pergentes in ieīem
linguam ciuitatis ignorarent. Inſpirauit
diuina clementia cuidam honeſto et religio-
ſo uiro theotonico qui in ciuitate cum vxore
ſua morabatur quatenus quoddam Xenodo-
chium de bonis ſuis conſtrueret / in quo pau-
peribus et infirmis theotonicis hoſpitalitatē
exiberet. Confluentib; autem ad ip̄m ratōe
comertij lingue et noti ſibi ydiomatis de gēte
illa multis pauperibus peregrinis. de conſen-
ſu et uoluntate dn̄i patriarce. quoddā ꝯpoſuit

oratorium iuxta predictum hoſpitale in honoē
beate dei genitricis Marie. Longo autē tpre
in magna paupertate: tam ex bonis ſuis qȝ
ex hijs que colligebant de fidelium elimoſinis
pauperes infirmos procurabat. Quidam āt
et maxime de gente theotonicorum predicti
viri caritatem et meritum attendentes: oīb
pro chriſto renūciantes ſe et ſua deo et predcō
hoſpitali tradiderunt. miniſterio pauperum
depoſito ſeculari habitu uoto ſe aſtringentes.
P rocedente autem tempore cum non ſolum de
inferioribus ſed de equeſtri etiam ordine et
de Nobilibus alamanie uiris deo deuotis p̄-
dicto hoſpitali ſeſe uoto obligaſſent paup-
tate uoluntaria et abiecti eſſe in domo dn̄i
magis q̄ hītare in tabernaculis peccoꝝ elligē-
tes: uiſum eſt eis deo gratum eſſe et acceptuȝ
et magis meritorium non ſolum paupibus
et infirmis ſeruire ſed inſuper aīas pro xp̄o
ponere et ab inimicis fidei chriſtiane terraȝ
ſanctam defendendo chriſto tam ſpūaliter
q̄ tpraliter militare. vnde ſicut predictum ē
regulam et inſtituta fratrum militie templi
ita ſuſceperunt. qȝ opera pietatis et deo ama-
bilem hoſpitabilitatem non relinquerunt
Sicut aīalia ſanctam hn̄tes faciem hominis
pariter et leonis et utrunqȝ ſeruitium. Ita
religioſe et diligenter adimplentes qȝ dei et

hoium grām promeruerunt et fauorem. Et ad differentiam aliorum cruces nigras clamidibus aſſuentes. Et quoniam uſqꝫ ad tempora preſentia in humilitate pauptatis et feruore religionis auertit dnūs ab eis ſupbas auaritias litigioſas et ſolicitudines anxias et Religioni inimicas diuitias. quid ēſt prodeſt homini ſi uniūſuz mundum lucretur. anime autem ſue detrimentum patiatur.

s. enim

Capitulum Lxvii. De hijs qui de ytalia. Alamania: Francia: et alijs partibus occidentis in terra ſancta comorabantur.

MUltis preterea uiris regularibus et Religioſis Anachoritis: Monicis: canonicis: Sctimonialibus: et incluſis uirginibus deo dicatis. viduis: caſtis: et ſctis Terra ſancta uelut paradiſus uoluptatis florebat. Et tanqm ex roſis lilijs et uiolis odorez ſuauitatis ſpirabat. benedixerat enim dnūs corone agri benignitatis ſue unde adeo pinguescebant ſpetioſa deſerti. q ubi ſerpentes pus et dracones hītauerant oriebantur uirorum calami et iunci. licet enim ad preteritum in modico dereliquerit eam dnūs. Ibi tamen in miſerationibus magnis filios eius congregauit. Ex uarijs enim generibus hoīum et diuiſis linguis et nationibus uniuerſam terraz reddidit populoſam. Itaq illud pphēticum in

ea uideretur impletum . filij tui de longe ueniunt
et filie tue de latere ſurgent : uidebat autem
et afluebat mirabatur et dilatabatur cor eius
qm conuerſa fuiſſet ad eam multitudo maris
et maxime Ianuenſes Veneti . et Piſani . forti-
tudo autem gentium ueniſſet ei et precipue
de partibus francie et alamanie homines belli
coſi hij in mari fortiores . illi in terra potentiores
hij in marinis prelijs aptiores uſu et exercitio
in aquis promptiores ad pugnandum illi in
terra probiores et ad bella doctiſſimi . Et in eq-
ſtri exercitu gladio et lancea magis ſtrenui ad
preliandum . hij in galeis meliores . Illi in eqs
precelentes hoies ſiquidem Italici grauiores et
maturi . prudentes et compoſiti in cibo parci
in potu ſobrij . et in uerbis ornati et prolixi : in co-
ſilijs circumſpecti in re ſua propria procuranda
diligentes . ſtudioſi et tenaces . ſibi in poſterum
prouidentes alijs ſubici renuciantes . et ante oia
libertatem ſibi defendentes ſub uno quem elligut
capitaneo : coitati ſue iura et inſtituta dictates
et firmiter obſeruantes terre ſancte ualde ſut
neceſſarij non ſolum in preliando . Sed in naua-
li exercitio in mercimonijs et peregrinis et uictua-
libus deportandis . Et quoniam in potu et ci-
bo ſunt modeſti diutius in orientali regione
uiuunt q̄ alie occidentales nationes . alamai
autem et francigene . Anglici et alij tranſmōtani

minus compoſiti et magis impetuoſi: minus
circumſpecti in agendis: in conſilijs feſtini et
minus prouidi in ecclia deuoti in elemoſinis
et alijs operibus miſericordie feruentiores in pre
lijs autem aioſiores ad defenſionem terre ſacte
q̃plurimum ſunt utiles: et ualde formidabi
les Sarracenis: qui cum propter quotu͞dam
eorum leuitatem et intemperantiam filij her
nandi a pollanis appellantur. pollani autem
dicuntur qui poſt p̄dictam terre ſancte libera
tionem ex ea oriundi extiterunt q̄ recentes
et noui: et quaſi pulli reſpectu Surianorum
reputati ſunt. uel quia principaliter de ge͞te
apulie matrem ſecundum carnem habueru͞t.
Cum enim occidentalium principum exercitu
paucas mulieres reſpectu uirorum adduxiſſet
nr̄i qui in terra ſancta remanſerunt de Regno
Apulię eo q̄ propius eſſet alijs regionibus
uocantes mulieres cum eis matrimonia con
traxerunt. Sunt preterea in p̄dca terra ſancta
plures alie nationes uarios ritus habentes
in cultu diuino et modo religionis a ſe inuice
ualde diſcedentes. Suriani vz̃ et Greci. Iacobite
Maronite. Neſtoriani. Armeni et Gorgiani
negotiationibus agriculturę et alijs co͞modita
tibus non parum neceſſarij terre ſanctę Semi
nantes agros, plantantes uineas et facientes
fructus natiuitatis.

Capitulum lxviii. de felicitate et proſperitate Terre ſancte . cui diabolus inuidit

CUm igitur celis de ſuper rorantibus doꝰ
daret benignitatem / et terra ſancta daret
fructum ſuum . Et ſicut letantium oīuȝ
hītatio eſſet in ea . et eſſet canticum p̄p̄lo dñi
ſicut vox ſanctificate ſolemnitatis / et letabāt
coram dño ſicut qui letantur in meſſe / ſicut
exultant uictores capta preda ex omni parte
mondi concurrebant . Cortina cortinam trahe-
bant . et qui audiebat dicebat . Venite aſcendamꝰ
in montem dñi / et domum dei Iacob viſitauit
enim deus plebem ſuam / et inebriauit eam
multiplicauit locupletare eam . Non ſolum de
ſabba . Sed de uniuerſo mundo ueniebant auꝝ
et Thus in ieruſalem defferentes / et laudem
dño nunciantes . et erat Sepulcrum eius glorio-
ſum adeo q̄ uideretur ad litteram completum
illud Iſaie . Et erit p̄paratus mons domus dñi
in uertice montium . et fluent ad eum omnes
gentes / et ibunt populi multi . Et illud quod
legitur in Tobia de Ieruſalem . Luce ſplendi-
da fulgebis et omnes fines terre adorabunt
te . Nationes ex longinquo ad te uenient et
munera deferentes adorabunt dñm in te . Illud
autem q̄d tempore iudeorum peccatis eorū
exigentibus dñus non compleuit . tūc demū
uidebatur completum . ſ . q̄d dicitur in deutoronōio

omnis locus quem calcauerit pes uester. ur
erit a deserto et libano et flumine magno Eufra-
tes usq; ad mare occidentale erunt termini uri.
Cum igitur predicta dn̄i uinea usq; ad extremu
terre spiraret suauitatem odoris. Serpens antiq
draco uenenosus humani generis inimicus odo-
re bonum diu substinere non ualens uidens
et inuidens tantam in partibus orientis dex-
tere excelsi mutatioem ecclīam sanctam. s. dila-
tari cultum diuinum ampliari. Infideles con
fundi: christianos exaltari. Inouari signa mi-
rabilia ignem de superius sabbato sancte pasce
in ecclīam dn̄ice resurrectoīs descendere pplīz
deuotissime accurrere dei gloriam predicare et
eius magnalia attolere infideles erubesc̄e fideles
autem in dn̄o gaudere tanto lumine obtene-
bratus et quasi uulnere malitie sue interius
sauciatus: cepit mille modis cogitare et uarijs
cogitationibus pcurare qualiter uenenū suum
posset latenter infundere. uineam dn̄i demo-
liri, et in agro dn̄i dormientib; pastorib; zin-
zania superseminare.

Caplm lxviii. De corruptione terre sancte per habitatores irreligiosos.

Cum igitur a principio in locis aridis et
in aquosis. in p̄mis s. pegrinis adhuc
pauperibus et multis laborib; confectis
et atenuatis requiem non inuenisset. Inuenit

demum domum iacentem Scopis mondatam
homines in ocio uacantes et iam secure habitantes
a fructu frumenti uini et olei multiplicatos et
bonis tpralibus supra domum refectos. Et assu-
mens septem spūs nequiores se. cum septem
vz peccatis criminalibus propter ingratitudinem
nequioribus q̃ prius introiuit. Et facta fuerūt
posteriora peiora prioribus. Dum uulneribus
iteratis a facie insipientie putruerunt et corrupte
sunt cicatrices eorum inpiguati enim ingras-
sati dilatati recalcitrauerunt. Et ex adipe di-
uitiarum et deliciarum prouenit iniquitas
insipientium uirorum. Saturauit eos dnūs.
et mechati sunt. Et in domibus Meretricum
Luxuriabantur / tanquam aqua effusi sunt. et post
concupiscentias suas obruerunt / non sunt
transfusi de vase in vas requieuerunt in fe-
cibus tanq̃ iumenta in stercoribus suis putre-
scentes. Equi Emisarij facti. unus quisqz
ad uxorem proximi sui inhyabat. Supercec-
dit ignis. et non uiderunt Solem. occulos suos
statuerunt declinare in terram. Superbi, el-
lati. inflati: contumeliosi: Sediciosi: Inuicē
mordentes: Inuicem detrahentes. inter fratres
discordiam seminantes. malitiosi: sacrilegi.
iracundi: et iniqui. desidia et ignauia torpē-
tes: auaritia insatiabiles. crapula et ebrietate
pregrauati. luxuria et inmunditia fetidi: fiñes

raptores: homicide: uiri ſanguinum/et pro
ditores: parentibus et maioribus ſuis non obe
dientes/inſipientes: incompoſiti: ſine affectiōe
abſq; federe/ſine federe: abſq; miſericordia. et
ut prophetico utar eloquio. maledictum et mē
dacium: homicidium: furtum: et adulteriū
inundauerūt. et ſanguis ſanguis ſanguine
tetigit. Ideo dillatauit infernus aīam ſuaꝫ
abſq; ullo termino et ſingulis criminibus
et uitijs ſingula preparauit hoſpitia et in
finita multiplicauit tormenta. adeo autem
omnis congregatio hoīum impiorum ītēta
erat ad malum omni tempore/et uiam ſuā
corruperat ſuper terram/adeo uirtus omnis
et religionis honeſtas emarcuerant: et multoꝝ
refrigeſcente caritate filius hoīs fidem in terra
non inueniebat. q̧ uix aliquis reperiebatur
qui inter ſanctum et prophanū haberet diſtā
tiam. uel a uili pretioſum ſepararet. omnes
in p̄cipitium et confuſionem ferebant᷑ a plāta
pedis uſq; ad uerticem non inueniebatur ſa
nitas. Et erat ſicut populus Sic Sacerdos.

Capitm̄. Lxx. De corruptione p̄latoꝝ et clicoꝝ

Etenim a ſanctuario dn̄i incipiamus.
Poſtq̄ omnis pene mundus in elemo
ſinis et oblationibus et uarijs mune
ribus eccliarum p̄relatis/et perſonis regula
ribus factus eſt tributarius. paſtores ſemetipſos

paſcentes . lanam et lac ex ouibus querentes de
aiabus autem non querentes uel curantes qui-
ymo pditionis exempla in ſubiectos tranſmitte-
tes / vace pingues in monte Samarie facti ſunt
de christi pauptate diuites . de eius humilitate
ſupbi de illius ignominia glorioſi . de crucifixi
patrimonio impinguati . dilatati et incraſſati
cum tamen dnus dixerit petro . Paſce oues
meas nunq autem tonde oues meas ipm dixiſ-
ſe reperimus . dum enim que ſua ſunt quererēt
non que iesu christi facti ſunt ceci duces cecoꝝ
canes muti non ualentes latrare : domum dni
pompatice ingredientes . clauem ſciē habentes
Ipi tamen nec intrabant nec alios intrare pmitte-
bant . Lepra autem giezi miſerabiliter reſperſi .
catedras uendentium columbas : et numularioꝝ
menſas quas dnus euertit ipi paſſim in eccijs
errigebant . dicentes cum Iuda proditore . Qd
uultis mihi dare . et ego eum uobis tradam . os
autem diligebant munera ſequebantur retri-
butiones / afferentes claues Symoni petro / et
eas Symoni mago tradentes . defluentes autē
luxu multiplici . et ocio turpi marcentes : nō
ſolum de micis que cadebant de menſa dni
Sed de panibus integris / et de cibis delicatis
paſcebant catellos ſuos : quos de turpibus con-
cubinis ipi turpiores procreauerant .

Capitulum lxxi . De regularibus irregulariter uiuentibus

Regulares autem postquam ueneno diuitiarum
infecti amplis supramodum possessionibus
exercuerunt / contemptis superioribus
suis disrumpentes uincula eorum et proicientes
ab eis iugum ipsorum: non solum ecclesijs et ec-
clesiasticis personis molesti facti sunt. Sed et ipsi
inuicem inuidentes: et inuicem detrahentes
non solum graui scandalo totius christianita
tis usque ad apertas contumelias et odia mani-
festa / et fere usque ad conflictus et uiolentias et
pugnas non solum uerborum / sed uerberum
plerumque procedebant. Postquam enim Turrem
babel edificare ceperunt. confusis et diuisis li-
guis a se inuicem discedentes non solum inter
se discordabant. sed et partes sibi facientes dis
cordias inter alios procurabant. Multi tamen
ex ipsis melius affecti uiri iusti et timorati quantum
eis in hac tempestate licebat. Salutarem regulam
et sanctas ordinis institutiones obseruantes
tamquam granum inter paleas: et Lilium inter spinas
puncti et compuncti et uehementi cordis dolore
intrinsecus grauiter sauciati non abierunt in
consilio impiorum / et in uia peccatorum non
steterunt: nec sederunt in cathedra pestilentie.
Adeo tamen Iniquorum et deterius affectorum
preualuit impietas et superabundauit iniquitas
quod frequenter a prelatis interdictos uel anathe
matis uinculo nominatim et specialiter innodatos

ipſi ad diuina recipere non timebant. Et qui cum
gaudentibus gaudere et cum flentibus flere de
buerunt alijs lugientibus ſoli letabantur. Et pp
hoc ecclaſtice diſcipline rigore diſtinctionis
eneruato. Seculares et peſtilentes homines p̃
latorum ſuorum ſententias et ſpualibus gla
dijs iuſtitiam terribilem uilipendentes contem
nebant. Abbates enim priores et monaci: et
eorum miſerabiles capellani. timore dñi pro
iecto falcem ſuam in meſſem alienam mittere
non formidabant. Clandeſtinis matrimonijs
pſonas illegiptimas uel fugitiuas copulantes
infirmos cauſa cupiditatis non pietatis uiſi
tantes et eiſdem contradicentibus proprijs pa
ſtoribus ſacramenta miniſtrantes ligantes et
ſoluentes contra dnm: et ſanctoꝝ ſtatuta canonũ
aĩas. quarum cura ad ipos non ptinebat. Cuꝫ
tamen dicat applus. Tu qui es qui iudicas ſuũ aliẽnũ.
Mortuos autem prelatis eorum contradicẽtibꝫ
paſſim ad ſepulturam admittebant. Ius pro
chiale ſibi illicite occupantes. Monacorum eñ
officium eſt plangere et orare. non ſacrameta
laycis miniſtrare. Non ſolum autem monaci
ſed etiam moniales ipe ſupioribus ſuis inobe
dientes excuſſo diſcipline iugo de clauſtris exi
liebant tanq̃ lapides ſanctuarij in capite oĩuꝫ
platearum diſperſi per publica balnea cum per
ſonis ſecularibus inreligioſe frequentantes. nec

hec que ſupradicta ſūt memorauimus / ut prece-
dentium crimina ſubſequentibus alijs qui p̄ntis
ſunt temporis imputemus. Sed ut ipī manus
ſuas lauantes in Sanguine peccatorum diſcāt
bonos imitari: malos autem deteſtari et repro-
bare diſcant humiliari cum christo / et eius am-
plecti paupertatem / puritatem et caritatem
ut non ſolum hītu exteriori mūdo renūcian-
tes. Sed in patientia ſua aīas ſuas poſſideant.

Capl̄m lxxii. De hys qui noīantur pollani.

INter laycos autem et pſonas ſeculares
quāto maiores et potentiores extiterūt
tanto prītioſius uias ſuas corrūmperunt ge-
neratio enim praua et perverſa filij ſcelerati
et degeneres hoīes corrupti et Legis diuine pre-
uaricatores ex ſupradictis peregrinis uiris re-
ligioſis deo acceptis et hoībus gratioſis tanq̄
fex ex vino / et amurga ex oleo: quaſi Lolium
ex frumento / et rubigo ex argento procedētes /
paternis poſſīonibus / ſed non moribꝫ ſucceſſe-
runt / bonis temporalibus abutentes que pa-
rentes eorum ad honorem dei illis tradiderāt
que contra impios ſtrenue dimicantes pprij
ſanguinis effuſione ſunt adepti. Filij autem
eorum qui pullani nominantur in delitijs
enutriti / moles / et efeminati / balneis pluſq̄
prelijs aſſueti. Inmundicie et luxurie dediti
more mulierum molibus induti / circumornati

et compoſiti: ut ſilitudo templi q̃ deſides et igna-
uos q̃, puſilanimes et timidos contra chriſti
inimicos ſe exibuerunt. Nemo dubitabat qui
quantum ſarracenis paruipendatur non ignorat.
Vnde cum coram predictis eorum patribus licet
admodum paucis multitudo Sarracenorum tanq̃
a facie dñi trepidaret. iſtorum inhertiam niſi
francos et occidentales populos ſecum haberet
pluſq̃ ſexum femineum non formidarent. Ipi
autem cum Sarracenis foedus ineuntes et ini-
micorum chriſti pace gaudentes a ſe inuicem
pro facili cauſa diſſidentes. lites et iurgia et
bella ciuilia inter ſe concitantes. et plerumq;
ab inimicis fidei chriſtiane contra chriſtianos
auxilium petentes / viros et expenſas quas ad
honorem dei contra paganos conuertere uo-
luiſſent / et debuiſſent inaniter in chriſtianitat[is]
detrimentum inter ſe conſumere non erubeſce-
runt. Verbis autem compoſitis ita mentis pro-
poſitum palliare didicerunt folijs pulcherrimis
ſine fructu / uelut ſteriles ſalices coopti et or-
nati / q qui eos per experientiam plenius non
nouerant uix in corde eorum / et corde loquntur
diſſimulationes poſſent perpendere / et falla-
cias euitare. Vxores autem ſuaſ hoies ſuſpi-
ciosi. et zelotipie ſpu concitati: ſubarta cuſto-
dia recludentes. Ita ſtudioſe et ſolicite cuſto-
diunt / q frib; eorum et cognatis quantumcumq;

proximis uix adipas patet introitus . Ecclias at
et proceſſiones et diuini officij uerbi ſalutiferas
predicationes et alia ad ſalutem aiarum ptinetia
ipis adeo interdicunt q uix ſemel in anno licet
eis ecclias uiſitare . Quidam ter in ebdomoda ad
balnea exire cum diligenti cuſtodia ſuis conce-
dunt uxoribus : hij autem qui inter ipos ditioes
et potentiores ſunt ut chriſtiani appareant et
aliquam habeant excuſationem iuxta lectulos
vxorum ſuarum errigi faciunt altaria p quoſ
dam miſeros capelanos et impitos preſbitrum
culos ſibi miſſas celebrari pcurantes . Quanto
autem pullanorum vxores arctius recludunt
tanto ſtudioſius mille artibus et infinitis ma-
chinationibus foramina reperire ſatagunt et
nituntur . Sortilegijs enim et maleficijs et ab
hominationib inumeris a Surianis et Sarra
cenis mulieribus ſupramodum et incredibilit
ſunt inſtructe hijs autem que de remotis par
tibus et longinquis regionibus cauſa deuotiois
et ad eorum ſubſidium adueniunt peregrinis
cum laboribus maximis et intollerabilibus
expenſis ſe et ſua dno offerentes cum labo-
ribus maximis et intollerabilibus expenſis
ſe et ſua domino offerentes : non ſolum in
grati ſed multifarie moleſti exiſtunt . Ma
lunt enim ocio torpere ſemper et deſiderijs
carnalibus ſatiſfacere q ruptis treugiis cum

Sarracenis conflictum habere. Postq̄ autem in hospiciorum īmoderato pretio et mercimonijs et cum cambio et alijs multimodis negociationibus circumuenientes et depauperantes peregrinos ditati sunt. In inmensum tum demum christi pugiles pro christo exulantes contēptui et derisui habentes multis iniurijs et contumelijs affligunt filios bernaldi tanq̄ fatuos et idiotas eos appellantes. Et quod iudicaturi forent eisdem quibus compati debuerant frequenter improperabant. Tanta et longe deterior est hoīum reproborum peruersa malitia. et maliciosa peruersitas. q̄ letantur cum malefecerint. et exultant in rebus pessimis qb̄ procella tenebrarum reseruata est in eternum. ducunt in bonis dies suos. Sȝ in puncto ad inferni nouissima descendent. Quemadmodum autem impiorum malitiam detestamur secd̄m q̄d dicit pp̄heta. Vidi preuaricantes et tabescebam. Et iterum pfecto odio oderam ipos. et inimici facti sunt mihi. Ita bonos si qui sunt int̄ eos comendamus in dn̄o. Si aliquis ergo propt̄ hec predicta mihi irascatur de se ipō q̄ huius sit indebitum confiteri.

Capitulum. lxxiii. De Ianuensibus Pisanis ⁊ Venetis

Illi autem qui de Ianuensibus. Pisanorum et Venetorum preclaris ciuitatibus et de alijs italie partibus in Siria comorantur,

quorum patreſ et predeceſſores de christi ini-
micis glorioſe triumphantes imortalitatis
nomen et eternam coronam ſibi acquiſiuerut
uade formidabiles exiſterent Sarracenis ſi
ceſſante inuidia inſaciabili auaritia pugnas
et mortales diſcordias inter ſe non haberet.
Quoniam autem libentius et frequentius cotra
ſe inuicem q contra perfidam paganorum
gentem preliantur / Negociationibus et mer-
cimonijs pluſq christi prelijs implicantur
Letificant et ſecuros reddunt inimicos nros
qui parentes eorum uiros pugnantes ſtre-
nuos quondam maxie formidabant.

Capitulum . Lxxiiii . De Surianis

Sunt alij homines adiebus antiquis ſub
diuerſis dominis in terra comorantes
ſub Romanis : Grecis : Latinis : Bar-
baris . Sarracenis . et christianis alternis ui-
cibus Longo tempore iugum paſſi ſeruitutis
Vtq ſerui ſemper tributarij ad uſus agricul-
ture et ad alias inferiores neceſſitates a dnis
ſuis reſeruati prorſus imbelles et in prelijs
uelut mulieres inutiles except quibuſda
qui inhermes et ad fugam expediti arcub
et ſagittis ſolum utuntur / hij Suriani nun-
cupantur : uel a Ciuitate dicta Sur que inter
ciuitates magnam a priſtinis tpribus obtinet
pheminentiam uel a Siria . i . conuerſa . n . in . u .

Suriani dicuntur qui in scripturis antiquis Siri
nominantur. Sunt autem homines ex magna parte
infideles duplices, et Grecorum more uelut
uulpes, dolosi, mendaces, et inconstantes: amici
fortune, proditores: et qui ad munera faciliter
inclinantur: aliud in ore aliud in corde habentes,
furtum et rapinam quasi pro nihilo habentes
Secreta christianorum pro modico pretio facti
exploratores nunciant Sarracenis inter quos
nutriti sunt quorum etiam lingua utuntur
libentius quam alia lingua. Et quorum mores per-
uersos ex magna parte imitantur. Commixti enim
inter eos didicerunt opera eorum, uxores eorum
more sarracenorum recludentes, et tam ipsas
quam filias suas linteaminibus undique ne uideri
possint inuoluentes. Barbas autem sicut Sar-
raceni. Greci: et omnes fere orientales non
radunt. Sed cum magna eas diligentes in ipsis
quam plurimum gloriantur uirilitatis signum. vultus
honorem hominis auctoritatem et gloriam ipsam
barbam reputantes. Sicut autem apud la-
tinos Eunuci qui barba carent Indecentes
et quasi effeminati censentur. Ita ipsi pro summo
habent obprobrio non solum si barbe radantur sed
etiam si unus pillus ex eis extrahatur. Unde
nuncii David quibus Naas rex amonitarum in
contemptum david dimidias barbas rasit
aliam partem radere noluerunt sed absconderunt

ſe in Iericho donec barbarum recupaſſent honorem.
Vnde cum comes Edeſſanus Balduynus more
orientalium barbas nutriſſet eo q̄ filiam ducis
Nobilis armeni natione ſed greci fide nomine
Gabrielis in uxorem duxiſſet ut a Socero ſuo
diuite ipſe pauper extorquere pecuniam poſſet
dixit ei q̄ neceſſitate coactus barbam ſuam pro
magna ſumma pecunie quibuſdam ſuis credito
ribus obligaſſet. at ille dolens et admirans ual
de et obprobrium ſempiternum filie ſue et generis
ſui cupiens euitare triginta milia biſantiorum
hac conditione dedit eis q̄ de cetero nulla pau
pertate compellente nullo caſu contingente bar
bam ſuam preſumeret obligare. Vtantur autem
Suriani et in ſermone uulgari lingua Sarra
cenica. littera etiam et ſcriptura ſerracenica
utuntuntur in contractibus et negociationibus
et in omnibus alijs exceptis diuinis ſcripturis
et alijs ſpiritualibus in quibus littera greca utuntur
unde in diuinis officijs Layci illorum qui non niſi
linguam ſarracenam nouerunt: eos non intel
ligunt: cum tamen greci qui eadem lingua
in uulgari et in ſcripturis utuntur Sacerdotes
ſuos in eccleſijs in literali ſermone quod idem eſt
cum uulgari intelligant. Conſuetudines autem
et inſtitutiones grecorum in diuinis officijs
et alijs ſpiritualibus Suriani penitus obſeruant et
eis tanq̄ ſuperioribus ſuis obediunt. Latinorum

autem prelatis in quorum dioceſibus comorant
non corde ſz ore tantum et ſupficialiter ſe dicut
obedire timore ſ. dnorum ſecularium . habent eciam
proprios epos Grecos nec latinorum excoicatioes
uel alias quaſcumq ſententias in aliquo formida
rent niſi ab eorum excoicatione in contractibus et alijs
neceſſitatibus Layci nri ſe ſubtraherent . Dicunt
enim inter ſe q latini omnes excoicati ſunt unde
non poſſunt aliquos aliqua ſententia inodare .
In niceno enim Concilio q unum eſt ex quattuor
principalibus concilijs que ab eccia tanq quat
tuor euangelia ſine aliqua retractatione recipiunt .
in quo trecenti decem octo fuerunt Epi . Inter alia
dictum fuit et declaratum et determinatum Spm
ſctm a patre procedere . Et in fine oms qui de dcto
Concilio aliquid adderent uel ſubtraherent ana
thematis ſententia conſtrinxerunt . Licet autem
expreſſum fuerit q a pre ſps ſcts procederet . no
tn a filio ipm procedere negauerunt . Multa eciam
a principio expreſſa non fuerunt que poſtea pp
remouendos errores a Sanctis ſubſequentibus de
terminata et declarata fuerunt . Unde ubi greci
hnt in Simbolo . et in ſpm ſanctum dnm et uiui
ficantem qui ex patre procedit . Latini dicunt
expreſſius . Qui ex patre filioq procedit . Simi
liter ubi greci dicunt . Sps ſanctus a patre no
factus : non creatus nec genitus . ſed procedens
latini addiderunt . Sps ſanctus a pre et filio nf

tn̄ aliud hic uel contrarium addiderunt. Sic
enim predicta ſententia intelligitur. Et eſt data
contra illos qui contrarium addidiſſent. Quem
admodum paulus qui in epl̄a ad Galathas ait.
Siquis uobis euangelizauerit preter id quod
accepiſtis anathema ſit. Certum eſt autem
q̄ multa alia q̄ euangelizauerit. Paulus a
ſanctis euangelizata ſunt / ſed non contraria.
Sic enim huiuſmodi prohibiones intelligunt̄
vnde tam greci q̄ Suriani occaxione Symboli
quod in Niceno Sinodo compoſuerūt ſancti pa
tres miſerabiliter decepti / negant a filio p̄cedē
ſp̄m ſctm̄. Cum tn̄ dn̄us ieſus inſuflans in di
ſcipulos / et dicens accipite ſp̄m ſctm̄ / maīfeſte
oſtenderet ip̄m ſpirare ſp̄m ſctm̄. Et q̄ ab ip̄o ſi
cut a patre procedit / tanq̄ nexus amborum.
Vnde ip̄e in euangelio dicit. Ego noui uirtutē
de me exiſſe uirtute enim ſp̄s ſancti ab eo exeūte
ſeu procedente ſanauit mulierem que ueſtimē
eius fimbriam tetigerat. Cum enim ip̄e ad pr̄e
dixerit. omnia mea tua ſunt / patet q̄ ſp̄s ſcts̄
ſicut eſt patris ita eſt filij. Quemadmodum
paulus apl̄s dicit. miſit dn̄us Sp̄m filij ſui
in corda nr̄a. In quo clamamus abba pater. Et
bt̄s iohannes in epl̄a canonica de christo. unctio
eius docet nos de omnib;. Et iterum unctio q̄
quam accepiſtis ab eo manet in uobis. Ex qb;
ap̄te patet q̄ ſp̄s ſcts̄ ſiue unctio qd̄ idem eſt

ſicut ſps pris eſt. Ita eſt Sps filij. Et ſicut pater
mittit eum ipo teſtante qui ait. Cum aſſumpt⁹
fuero a uobis. mittam eum ad uos. Et ita ſps ſcts.
cois eſt duarum perſonarum ab utroq; procedes
Fluuius igneus. i. rapidus egrediebatur a facie
eius ait daniel. propter hoc ſicut oms latini ſpm
ſctm a filio procedere confitentur. Ideo qui ſa-
pientiores ſunt inter grecos eandem ſententiam
non negant / licet formam uerborum non reci-
piant. Eo q nunq apud ſe talem formam uer-
borum. ſ. procedit a filio repiant. Cum igitur
tam greci q Suriani os latinos ut pdictū eſt
excoicatos teneant / altaria ſuper que latini ce-
lebrauerut diuina: prius q ipi celebrent ablue
conſueuerunt. Sacramtis etiam nris nullam
exibent reuerentiam. Nec aſſurgere uolunt qn
copus dni ad uiſitandos infirmos nri deffeīut
ſacerdotes. Cum autem ſancta romana ecclia et
oms occidentateles ad imitatioem dni ex Azimo
pane ſacramenta conficiant. Dns enim poſt q
ſecundum ritum Iudeorum cum Azimis agnum
manducauerit paſcalem / panem quo utebatur
in cena in corpus ſuum conuertit. ipi contra mi-
ſterium ex fermentato pane conficiunt ſacramta
Expurgato enim fermento ueteri malitie. neq-
tie in azimis ſinceritatis et uirtutis miſtice i
inſtruimur epulari. Sed et multis alijs. Scte et
ſume et Romane ecclie a qua propria aucte

receſſerunt ipi ſiſmatici contradicunt contra dei
diſpoſitionem. Qui romanam ciuitatem totius
mundi metropolim et capitaneam ſicut in tpra
libus omnibus preerat ita in ſpualib; uniuerſis
fidelibus uoluit pfuiſſe. Cephas enim qui ſimi
liter caput interpretatur idest petrus totius
mundi caput a dno est constitutus dicente dno
absq; aliquorum exceptione. Quodcuq; ligauis
ſuper terram erit ligatum et in celis. Et iteruz
paſce oues meas. Nec dixit tantum latinas ul
occidentales, ſz ſimpliciter oues meas. Et item
erit unum ouile et unus paſtor. Patet ergo cuz
ſuper hanc petram pro qua dnus rogauit ut no
deficeret fides eius poſt christum edificata ſit
et fundata christi eccla q omnes qui a Roma
na eccla recedunt quia ſine fundamto edificat
in uanum laborantes. Et ab eo qui a dno Ce
phas eſt uocatus ſepati a Cephali et moſtruoſi
hoies merito ſunt reputandi. quartas autem
nuptias Suriani ſicut et Greci non admittunt
Sacerdotes autem eorum et dyaconi licet in pdctis
ordinibus matrimonia non contrahant, utunt
tn uxoribus cum quibus ante ſacros ordines
contraxerunt. Subdiaconatum uero ſacrum i
ordinem non reputant. paruuli uero eorum
ſtatim poſt baptiſmum a ſimplicibus ſacerdo
tibus in frontibus criſmate conſignantur, Quod
non eſt conceſſum nec licitum apud latinos i

nisi Epis et supra qui locum in ecclia dei optinet aplorum per impositionem enim manuum appostolorum Sps scts ad robur et confirmationem conferebatur. Cuius impositionis manuum locum optinet dictum sacramentum. diem autem sabbi adeo solemem reputant quod non licet alicui eorum ieiunare in sabbato excepto tantummodo sabbato scto pasce. Solemniter autem sicut in die dnico in sabbato diuina celebrant. Et carnes in eo manducantes more iudeorum splendide epulantur. hec autem solemnis obseruatio a Latinis reprobata est. ne iudayzare uideantur.

Capitulum .lxxv. De iacobinis.

Sunt preterea in terra sancta et alijs partibus orientalibus alie barbare nationes a latinis et grecis in multis discedentes. quorum alios iacobinos appellant a quodam magistro suo sic dicto iacobo cuiusdam alexandrini patriarce discipulo. hij a multis iam temporibus a constantinopolitano patriarcha dyoschoro excomunicati et ab ecclesia grecorum sequestrati maiorem partem asie et totius orientalis regionis inhabitant. Quidam inter sarracenos alij autem proprias absque infidelium consortio occupauerunt regiones scilicet nubiam que conterminia est Egipto et magnam partem ethiopie et omnes regiones usque in indiam plusquam quadraginta regna ut asserunt continentes quos aut sunt christiani a Beato matheo applo et alijs

viris applicis ad fidem christi conuerſi. Sed poſtea
inimico ſupſeminante zinzania: Lamentabili
et miſerabili errore longo tempore obtenebrati
in utroque ſexu paruulos, ſuos more Sarracenorum
ex magna parte circumcidentes non prudenter
attendunt quod baptiſmi gratia ſuperueniens carnis
euanuit circunciſionem. quemadmodum fructu adue
niente flores decidunt et marceſcunt unde et
beatus paulus ad Gallatas ſic ait ſi circumcidamini
christo uobis non proderit et iterum. Teſtificor
omni homini circumcidenti ſe. quoniam debitor
eſt uniuerſe legis faciende. Euacuati eſtis a christo
qui in lege iuſtificamini a gratia excidiſtis. Alius
autem error eſt: ipsorum non minor predicto. quod con
feſſiones peccatorum ſuorum non ſacerdotibus
ſed ſoli deo latenter faciunt. ponentes thus
iuxta ſe. in igne tamquam cum fumo peccata ſua
adſcendant coram domino. Errant miſeri non
intelligentes ſcripturas et pereunt ex defectu
doctrine: uulnera ſua medicis ſpiritualibus abſcon
dentes. Quorum eſt inter lepram et lepram
diſcernere et peccatorum circumſtantias ponde
rando penitentias iniungere. et ſecundum cla
ues ſibi traditas ligare et ſoluere et pro con
fitentibus ſibi ſpecialiter orare. Vnde dominus
in euangelio ait leproſis. Ite oſtendite uos
ſacerdotibus. Et de beato Johanne baptiſta ait
Legimus. quod baptizabantur ab ipſo confitentes

peccata ſua. erubeſcentia autem et pudoris an-
xietas et confitentis humilitas eſt maxima ps
penitentie. Proniores autem ad peccandū effi-
ciuntur qui turpitudines ſuas hoib; non exiſtimāt
reuelandas. Cum tn̄ ſcriptum ſit / qui abſcondit
peccata ſua non dirigetur. Qui autem reliq̄rit
et confixus fuerit miſericordiam conſequetur.
Tertius error eſt predictoꝝ Iacobitarum et
ignorantia craſſa quaſi tenebre palpabiles q
plures eorum ante baptiſmū paruulos ſuos cū
ferro calido adurentes et ſignantes in frontib;
imprimūt cauterium / alij autem in modū crucis
in ambabus genis ſeu temporibus infantes
ſuos ſignant peruerſe putantes eos per ignē
materialem expiari. Eo q in euangelio beati ma-
thei ſcriptum ſit / q beatus Iohannes baptiſta de
chriſto dixerit. Ipſe uos baptizabit in ſpū ſācto
et igne. cum tamen omnibus fidelibus liq̄at
q in igne ſpūali .i. ſpū ſcō fiat remiſſio peccoꝝ
et non in igne uiſibili. Unde dn̄s in pphetijs
arguit filios Iſrael eiſdem terribiliter comīnādo
eo q more gentilium traiciebant per ignem.
ait enim dn̄s in deutronomio p moyſem pphā
Caue ne imitari uelis illarum gentium abhomi-
nationem / nec inueniatur in te qui luſtret fi-
lium ſuum aut filiam ſuam inducens p ignē.
Et conſtat omnibus chriſtianis q dn̄s nr̄ uel
eius apli ſeu aliqui pres ſcti huiuſmoi ꝯſuetudīe

in eccl'ia non reliquerunt: nec tales adhuſtiones fieri mandauerunt horum uero qui inter ſar racenos comorantur tam Iacobitarum q Suria norum in brachijs cruces ex ferro calido ipreſ ſas aſpeximus ipi autem ad paganoru diſtictio nem et ob ſcte crucis reuerentiam: crucis cara terem ſibi imprimi ~~ſibi imprimi~~ faciebant. Cum autem a grecis et Sirianis diligenter in quireremus ob quam cam Iacobitas deteſtarent et eos eiecissent a conſortio ſuo hanc eſſe cam pcipuam aſſerebant q in dampnatam et pexiam heresim incidiſſent. vnam naturam tantum queadmodum unam perſonam in xpo aſſere tes. huiuſmodi enim heretici in concilio calce donenſi excoicati ſunt et condemnati. Quoru quidem peruerſe aſſerebant christum poſt humanam aſumptionem non ex duabus na turis exiſtere ſed ſolum in eo diuinam naturam permanere. hunc errorem introduxit. Eutices conſtantinopolitanus abbas. Alij autem ex duabus naturis unam in chriſto aſſerunt na turam. Quidam Alexandrini epi. Theodoſius ſ. et Galanus huius erroris auctores exstiterut. Conſtat autem q ſecundum naturam huma nitatis dnus ieſus chriſtus exuriuit et ſitiuit et alias neceſſitates ſubſtinuit. morte etiam in cruce ptulit. Sed ſecundum naturam di uinitatis mortuos ſuſcitauit, et alias uirtutes

operatus est/ secundum quod ipse dixit de se antequam Abraam fieret ego sum . et iterum . Ego principium qui et loquor uobis . Et rursus . Ego et pater unum sumus . secundum autem humanam naturam idem ait . pater maior me est . Et iterum de calice transferendo / non sicut ego uolo sed sicut tu uis . Cum autem diligentissime a predictis Iacobinis inquisiuissem utrum unam in christo esse naturam affirmarent / ipsi nescio si timore uel alia ratione ducti negauerunt . Cum autem quererem quare tantum uno digito se signarent / respondebant quod unitate digiti unam diuinam essentiam / tribus autem partibus trinitatem designabant / In nomine trinitatis et unitatis signaculo crucis sese munientes . Greci tamen et Suriani eis obiciunt / quod propter unitatem nature quam in christo credebant / uno tantum digito se signarent . Quidam autem eorum utuntur lingua caldea alii arabica que sarracena dicitur . Layci autem eorum secundum diuersas nationes et prouintias diuersis utuntur idiomatibus in sermone uulgari . Linguam autem clericorum suorum qua in diuinis scripturis utuntur non intelligunt . licet enim littera utantur sarracenica / uulgare tamen Sarracenicum non representant . sed quoddam idioma proprium quod non nisi a litteratis intelligitur .

Capl̃m lxxvi. De Neſtorianis.

Sunt autem alie nationes non ſolum in terra ſancta uel in terre Sarracenos ſed ſeorſum per ſe in maiori pte indie habitantes. hos autem neſtorianos appellat a quodam hereſiarcha neſtorio qui per uſa doctrina ſua ex magna pte orientalem regionem letaliter infecit. Et maxime illos qui in terra potentiſſimi pncipes quem pbrm iohannem uulgus appellant comorantur. hij enim oms Neſtoriani ſunt cu rege ſuo: qui cum Jacobinis longe plures eſſe dicuntur qm latini uel greci. ut eniz de his qui ſeorſum hitant quorum infinitus eſt nus taceamus. Inter Sarraceos non pautiores (ut dicit) ſunt chriſtiani infidelibus comixti: et eoz dnationi comixti ſubiecti qm ſunt ipi Sarraceni. qui licet mochometi legem recipere noluiſſet ab hiticis tn miſerabiliter ſunt corrupti. Predictus autem pditionis filius Neſtori Conſtantinopolitan Epus et oms ipius Sequaces. Beata uirgine mariam negat eſſe matrem dei. concedunt tamen q mat eſt chriſti hois aliam aſſerentes pſonam diuinitatis in chriſto et aliam humanitatis et ſecundum duas naturas duas diſtinguentes in chriſto pſonas: nec unu chriſti

in uerbo dei et carne credunt: sed separatum atque seiunctum alterum filium dei alterum filium hominis affirmant. hec autem detestabilis heresis in Sinodo Ephesina in qua fuerunt patres trecenti reprobata est et condemnata. Sicuti enim anima rationalis et caro unus est homo ita deus et homo unus est xpus. licet enim alia sit natura anime alia carnis non est tamen alius homo secundum animam alius secundum carnem. Et quamuis alia sit natura ferri alia ignis una tamen res est ferrum ignitum. Secundum predictam heresim huiusmodi locutiones non sunt concedende Christus est deus et homo filius dei mortuus est et sepultus quia secundum quod est filius dei impassibilis extitit et immortalis. Cum tamen dicat Ysayas. Paruulus natus est nobis et uocabitur nomen eius deus fortis. Et ita puer paruulus fuit deus. quod est contra peruersam istorum doctrinam. Similiter de filio dei dicit Jeremias. Post hec in terris uisus est. et cum hominibus conuersatus est. cum tamen secundum quod est deus inuisibilis sit. et beatus paulus. Misit deus filium suum natum ex muliere factum sub lege. Ex quo manifestum est quod filius dei fuit filius uirginis. Et ita maria fuit mater dei. homo enim natus est in ea et ipse fundauit eam

altiſſimus. Igitur homo qui natus eſt ex Maria uirgine creauit eam. Et ita homo ille fuit deus. Similiter concedimus q puer ille ſidera creauit; et ab eterno fuit patri conſubſtantialis et coequalis. verbum enim caro factum eſt et hitauit in nobis. Cum ipſe de ſe dicat. Ego principium qui et loquor uobis. Non eſt dubium alicui ſani capitis q illa eadem pſona que eſt principium et creatrix omium loqueretur omnibus. Et ita patet abſque ulla ambiguitate q eadem pſona eſt diuinitatis et humanitatis quod tamen negant miseri Neſtoriani. Caldea aute litta utuntur in diuinis ſcripturis. Et ex fermtato diuina more Grecorum conficiunt.

Caplm. lxxvii. De Marronitis

Quidam autem hoies circa iuga libani in phenice prouintia non longe ab urbe Biblienſi inhabitantes nũo non pauci arcubus et ſagittis impmis edocti et expediti Maronite noiantur a quodã ſuo magro heretico Marone: qui unam uoluntatem et unam tantum operationem in xpo aſſerebat. Cuius erroris auctor extitit quidam antiochenus eps Macharius. hic aut cum ſuis complicibus in Sexta Conſtantinopolitana Sinodo ad quam centũ quinquagĩta patres conuenerant condemnatus eſt.

et tang

et tanq̄ heresiarcha uinculo anathematis inodat᷒
ab ecclia fidelium est eiectus . Sicut in hoīe puro
alia est uoluntas rationis . alia sensualitatis . Ita
in christo alia fuit uoluntas humanitatis se
cundum quam uoluit manducare et calicem po
tionis a se transferri alia diuinitatis que eadē
fuit cum uoluntate patris . has autem uolun
tates manifeste aperuit cum dixit non sicut ego
uolo . sed sicut tu uis . Quis autem ignorat qꝛ
manducare bibere et alie huiusmoī necessitates
que fuerunt in christo hoīe opationes sunt huā
nitatis et ad imutabilem diuinitatez non ptinet.
Mortuos autem suscitare et aīam post mortem
assumere ad humanitatem non ptinent sed ta
tum ad diuinitatis potentiam . Ex quibꝫ mani
festum est aliam esse operationem diuinitatis
aliam humanitatis . Similiter de duplici cuilibꝫ
hois uoluntate . Beatus Paulus appostolus in e
plā ad romanos manifeste nos instruit ita di
cens . Non enim quod uolo bonum hoc ago Sꝫ
qd̄ odi malum illud facio . Ecce quanta pugna
est inter rationis uoluntatem et uoluntatem sen
sualitatis . et iterum uelle mihi adiacet pficere
autem bonum non inuenio . Sps enim prompt᷒
est secundum uoluntatē rōnis . Caro autem in
firma secundum sensualem uoluntatē secundū
quam alius cinxit petrum et duxit quo non uo
luit . qui tamen sponte reuersus Romam uoluit

crucifigi uoluntate rationis. has autē duas uo-
luntates exprimit paulus apls per duas leges
in hoīe repugnantes ſic dicens / uideo autem aliā
legem in membris meis / repugnantē legi mētis
meę / et me captiuantem in lege peccati / quę eſt
in membris meis. Predictus igitur Marro diabo-
lica illuſione inprudenter obcecatus multos huīt
erroris ſui ſequaces quos maronitas appellāt.
Qui per annos fere quingentos ab ecclīa ſancta
et a conſortio fidelium ſequeſtrati ſeorſum ſa-
cramenta ſua conficiebant. Qui tn̄ reuertentes
ad cor in pn̄tia uenerabilis pr̄is Aymerici antio-
ocheni patriarce fidem catholicam pfitentes et
errorem predictum abiurantes ſanctę romanę
ecclīę ſecuti ſunt tradictiones. Vnde cum omēs
alij orientales plati exceptis dūtaxat latinis
annulis et mitris pontificalibus non utantur
Nec anulos paſtorales geſtent in manibus / nec
uſum hēant campanarum: ſed pcuſſis maleo-
lo uel baculo tabulis populum ad ecclīam ſoliti
ſunt congregrare. hi predicti maronite in ſignū
obedientię / conſuetudines et ritus obſeruant
latinorum. Vnde et eorum patriarcha interfuit
concilio generali lateranenſi ſub uenerabili
papa Inocentio tertio in urbe romana ſolēnit
celebrato. Vtunt autem caldea littera et uul-
gari idiomate Sarracenico.

Capitulum lxxviii De Armenijs

Populus autem armenorum qui armenia prouintia prope anthiochiam inter christianos et Sarracenos seorsum inhabitant ab omni christianorum natione, ritus habens singulares, et proprias obseruationes seiunctus est et diuisus. habent autem predicti Armeni proprium primatem quem catholicon appellant: cui cum summo honore et reuerentia omnes a minimo usque ad maximum tanquam alteri pape obediunt. Inter hos autem et Grecos inexorabiles sunt discordie et disensiones implicabiles. Et inuicem alii aliorum ritus et instituta detestantur. habent autem proprium ydioma et proprias litteras. Et in uulgari sermone diuinas scripturas pronunciant. Ita quod sacerdotes et clerici eorum a laycis eorum in ecclesiis intelliguntur sicut dictum est de grecis. Natiuitatem autem domini secundum carnem non celebrant. Sed in diebus natalis domini ipsi ieiunant. finito autem ieiunio in die aparitionis domini simul cum solemnitate aparitionis festum celebrant baptismi dominici. Et eodem die festum spiritualis natiuitatis dominice asserunt se celebrare cum tamen dominus proprie non possit dici regeneratus seu renatus. eo quod in aquis baptismi purgatus non fuerit qui peccatum originale non habuit, qui etiam actuale peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. Quatragesimam autem que est ante resurrectionem

dnīcam. Ita artiſſime ieiunando obſeruant q̄
non ſolum a carnibus caſeo ouis et lacte abſti
nent. ſed etiam piſces non manducant oleo nō
utuntur uinuꝫ non bibunt ſi tn̄ ieiunium
dici debeat. Nam fructus et legumina quoties
placet eis in die manducant. ut autē maīfeſtiꝰ
emulis ſuis Grecis. ſ. et Surianis contradicere
uideantur. In quibuſdam Sextis ferijs carnes
edunt. aquam autem cum uino in ſacramento
christi non ponūt. In quo ritu pueri ſo non mo
dicum errare conuincuntᵒ. Nam dnūs nr̄ ieſus
christus non ſolum ſecundum morē iudeoruꝫ
ſed oīum orientalium qui nunq̄ puro uino utūtᵒ
In cena poſita menſa uinum miſcuit. ex uino lin
fato ſacramenta conficiens, vino rum non tem
perato in ꝑtibus illis nemo comode ualet uti. vn̄
beatus de hac uini cum aqua comix
tione ſic ait. Si quis de anteceſſoribus nr̄is uel
ignoranter uel ſimpliciter non obſeruauit et
tenuit quod nobis facē exemplo et magiſterio
docuit. pot ſimplicitati eiuſdem indulgentia dnī
ueniam concedi. nobis non pot ignoſci qui nūc
a dnō admoniti et inſtructi ſumus ut calicem
dnī cum uino mixtum ſecundum q̄ dnūs obtu
lit offeramus. Ex hoc igitur manifeſtum eſt q̄
dnūs calicem uini mixti in cena obtulit. vnde
predicti Armeni in altaris ſacramento nec dnm̄
imitantur nec obſeruant miniſterium. aqua

enim que labilis eſt et fluxilis pplm mortalem et fluxibilem deſignat. unde aqua uino comiſcetur ut tam chriſto q̄ ſanguini redemptionis nr̄e pplus ſociandus eſſe deſignetur. Nam ſi uinum tantum quis offerat. Sanguis chriſti incipit eſſe ſine nobis. Si uero aqua ſit ſola pl incipit eſſe ſine xp̄o. nec ſignificatur predicta coniunctio cum ſacramentum debeat eſſe ſacre rei ſignum. non igitur debet in calice dn̄i aut uinum ſolum aut aqua ſola offerri. quia utrumq; legimus de latere eius in paſſione ſua profluxiſſe. Licet autem Armeni ſumo pontifici et Sancte romane ecclie obedientiam promiſerint quando ſilicet rex eorum ab Imperatore romano h̄erico terram ſuam et coronam regiam ab Archiepiſcopo Maguntino ſuſcepit. tamen ritus ueteres et conſuetas obſeruationes mutare non uoluert.

Capitulum · lxxviii · De Georgianis

Est preterea in regione orientali quidam alius chriſtianorum populus bellicoſus ualde. et in prelijs ſtrenuus fortis robore et potens innumera pugnatorum multitudine Sarracenis ualde formidabilis. Perſis et meddis et Aſſirijs in quorum confinio comorantur. Et quia ab infidelibus populis undiq; clauditur frequenter ualde damnoſus in expeditionibus extitit. hij omnes Georgiani uocantur a Sc̄o Georgio quem in prelijs ſuis contra gentē paga-

norum incredulam aduocatum habent et patronum
Et tamquam signiferum cum magna reuerentia ue-
nerantur colunt et adorant, et pre alijs sanctis
spetialiter ornant. Vtuntur autem greco idio-
mate in scripturis diuinis et grecorum consue-
tudines in sacramentis obseruant. Clerici eorum
rotundas habent coronas. Layci uero quadratas.
Quotienscumque dominicum sepulcrum uisitaturi peregre
adueniunt, absque tributo aliquo cum erectis ve-
xillis ciuitatem sanctam ingrediuntur. Sarra-
ceni igitur nullo modo eos molestare presumunt.
Ne forte cum ad propria reuersi essent alijs
Sarracenis sibi uicinis uicem rependerent. No-
biles autem eorum mulieres more Amazonum
tamquam milites armis utuntur et prelijs. Hi autem
ualde indignati sunt comminantes principi Damas-
ceno Coradino, eo quod absque eorum uoluntate mu-
ros Ierusalem euertere presumpsisset. Cum populus
latinorum Ciuitatem damiate obsidebat. Cri-
nes autem et barbas nutrientes unius fere cu-
biti longitudine pilleis in capitibus utuntur.

Coradinus.

Capitulum lxxx. De xpianis qui inter occidentales Sarracenos morantur. Quos mox Arabes appellant.

Illi uero xpiani qui in africa et hispania inter
occidentales Sarracenos commorantur mox
arabes nuncupati latinam habent litteram
et latino sermone utuntur in scripturis. Et

ſancte romane ecclie ſicut aly latini cum omi humilitate et deuotione obediunt. ab articulis fidei uel ſacramentis in nullo deuiantes. Conficiunt autem ſacramtum altaris de pane azimo quemadmodum aly latini. Sanctam autem eucariſtie formam quidam eorum in Septem partibus diuidunt/ aly uero nouem. cum tamen romana ecclia et aly eidem ſubiecti ipam eucharistiam in tres tantum portiones partiantur. huiusmodi autem partitio cum non ſit de ſubſtatia ſacramti non uariat uel impedit uirtutem ſacramenti.

Capitulum. lxxxi. De iudeis et diuerſis gentibus iudeorum.

Sunt alie miſerabiles in ptibus orientis nationes deo odibiles/ et hoibus contemptibiles/ et abiecti. Quorum quidam dicunt esse de genere iudeorum deſcendentes. Quorum quidem poſt mortem. uitam dogmatizant et recuperare ſperant. Matrimonia autem non contrahunt ut caueant feminarum intemperantias quas nunquam uni uiro fidem credunt ſeruare/ aly matrimonia contrahunt. ſz cum pregnantibus non incumbunt. ut oſtendant quia non causa uoluptatis ſz cauſa prolis procreande uxoribus commiſcentur. Aiarum autem poſt morte uel ſupplicia denegant uel honores. Sz quia his ſectis ſiniſtre incedunt labore ſuum fatui pdunt

Ex hijs aſſaſini prememorati dicuntur hr̃e prin-
cipium. Vnde adhuc in parte ſcripturam retinet
iudeorum. Ex Ebreo et Caldeo litteras hn̄tes per-
mixtas. Alij autem Saducei qui reſurrectionez
mortuorum non credunt. libros tamen Moyſi
recipiunt ſed ipo̅s non intelligunt. Vnde dn̄us
in euangelio redarguit eos dicens. Erratis ne-
ſcientes ſcripturas nec uirtutem dei. Cum q̄z i-
troduxiſſet hanc auctoritatem ex libris Moyſi
Ego ſum deus abraam deus Iſaac: deus iacob
conuincens eos concluſit in hunc modum. non
eſt deus mortuorum: ſed uiuorum. Alij autez
Samaritani litteram hn̄tes ebream ſicut Iudei
moyſi pantatheucum tantum recipiunt. pphas
autem et alias iudeorum ſcriptur̄ non admittūt.
Cum autem Salmanaſſar aſſiriorꝝ Rex decem
tribus iſrl' captiuaſſet. pdc̄tos Samaritanos lo-
co iudeorum ut terras excollerent in Samaria
tranſmiſit. Cum autē ad predicationez apploꝝ
recepiſſent uerbum dei: quidam eoꝝ in antiquū
errorem permanſerunt. Quibus dn̄us adeo ul-
uam ſterilem et ubera arentia tradidit in tantū
terram maledictam et reprobam eternis incen-
dijs deputatam ariditate et ſterilitate condem-
nauit / q̄ uix trecenti eorum in uniuerſo mundo
ut dicitur ſupſiſtes reperiuntur. Alij autez ex
iudeis libros Moyſi et prophetas et totum uet'
teſtamentum ad litteram tantum recipiunt

contra quos ait appls paulus lra occidit. Sps aut
uiuificat. Et dnus in euangelio. Sps qui uiuifi-
cat caro non prodest quicq. i. intelligentia carna
lis. Ex quo patet. q diuina scriptura non prodest
Iudeis. Imo nocet eis sicut dicit ppha dauid. fiat
mensa eorum in laqueum, et in retributiones et
in scandalum obscurentur oculi eorum ne uideat
mensam eorum diuinam scripturam appellans
Maxima eorum pars habitat seorsum in illis
ptibus orientis. In quibus infra caspios montes
Rex Macedonum Alexander eos fertur inclusis-
se. Qui tpre antexpi educendi sunt. et ad terraз
sanctam reducendi. Inter eosdem montes caspios
et Indię. Idem Alexander inclusit Gog. et magog.
Cuius innumabilis est multitudo quasi maris.
eo q carnibus humanis et crudis inmundorum
aialium carnibus uescebantur eorum abhomi-
nationes detestatus. Alij autem iudei de qbus
patres eorum clamauerunt. Sanguis eius sup
nos, et super filios nros per uniuersum fere
mundum, et in omnem uentum dispersi ubiqз
sunt Serui. ubiqз tributarij. Fortitudo eorum
ut ait Isaias ppha conuersa est in fauillam.
Inbelles enim et imbecilles facti sunt sicut mu-
lieres. unde singulis Lunatioib, ut dicit, flu-
xum sanguinis patiuntur. percussit eos dnus
in posteriora, et obprobrium sempiternu dedit
eis. Postq enim frem suum uerum abel occiderit.

facti ſunt uagi / et profugi ſuper terram ſicut ma
ledictus Caym hn̄tes caput tremulum . et cor pa
uidum / die et nocte timentes et uite ſue non cre
dentes . a Sarracenis autem inter quos hitant
magis hntur odio et contemptu q̄ a xp̄ianis .
Cum enim principum xp̄ianorum deteſtabilis
auaritia eos propter lucra temporalia ſbſti
neat et xp̄iana mancipia eis hr̄e pmittat / et
ĩmoderato uxurarum fenore ab ip̄is xp̄ianos
ſpoliari concedat . Ip̄i apud Sarracenos proprijs
manib; abiectiſſima / et uiliſſima opantes et
ſerui ſunt paganoꝝ / et extremis conditionib;
inter eos cōmorari pmittunt̄ . Nec tn̄ ab ipis
Sarracenis / ſicut nec a xp̄ianis trucidantur et
trunchum Silueſtre igni deputatum gehēnali
et uineam reprobam ad tempus dn̄o reſeruatē
eo q̄ fructum precioſum in fine mondi / qn̄ re
liquie iſrl̄ ſaluabuntur debent germinare et
facere tandem uuas / que modo in amaritu
dine conuerſa non facit niſi Lambruſcas . que
admodum de ip̄is ait pp̄ha dauid . Dn̄us oſtē
dit mihi ſuper inimicos meos / ne occidas illos
ne quando obliuiſcantur ppl̄i mei . Ip̄i enim
mortis xp̄i nobis memoriam renouant . Et
ex ſcripturis eorum teſtimoniuz ſumimꝰ de his
que pro nobis operatus eſt dn̄us quemadmoꝫ
dicit Daniel . occiderunt xp̄m / et non erit ppl̄s
eius qui eum eſt negaturus . Et Dauid filij

alienı inueterati ſunt. et claudicauerūt a ſemi
tis ſuis. Nec eſt aliquis in pphis qui contra ipos
teſtimonium non phibeat pro nobis. adeo tm̄
excecatum eſt cor ppli huius palpantis et in
pingētis in meridie ſicut in tenebris et aures
eius agrauate. et clauſi eius oculi quod non in
telligit nec auertit ppls inſipiens et dure cer
uicis q̄ grauiter in morte xpi dnm contra ſe
exaſperauerit. Cum enim ante xpi paſſionē
idola colendo et alia abhominabilia operando
deum multipliciter offendiſſent aliquando
tradidit eos in manus inimicorum ſuoꝝ dn̄s
ut ſeruiret eis quinq; decem annis. qnq; uigeti.
quandoq; quatraginta sicut in libro Iudicuꝫ
repperitur aliqn etiam annis ſeptuaginta in
captione babilonica detenti ſunt et poſtea a
dn̄o liberati. Poſtq̄ aut̄ dnm ieſum occidert
licet poſtea idola coluiſſe non legantur. Iaꝫ
pluſq̄ annis mille in captiuitatē detenti et
miſericordiā a dn̄o nondum ſunt conſecuti.
Sꝫ quemadmoduꝫ xps ad dnm orauit. Tu
autem dn̄e miſerere mei et reſuſcita me et
retribuam eis. Ita a deo p̄re optinuit. Et ſicut
longe ante Moyſes predixerat ex pſona dn̄i
dicens. mea eſt ulcio et ego retribuam eis in
tempore ut labatur pes eoꝝ. Et iterum occur
rent uobis mala in extremo tp̄e qn̄ feceritis
malum in conſpectu dn̄i et mittetis eum per

opera manuum uirorum . hanc autem ultimam
eorum captiuitatem predixit daniel propheta
his uerbis . Ciuitatem et ſanctuarium diſſipa
bit populus cum duce uenturo . Et finis eius
uaſtitas . Et poſt finem belli ſtatuta deſola
tio . Et deficiet hoſtia et ſacrificium: et in tēplo
erit abhominatio deſolationis: et uſq; ad conſu-
mationem et finem perſeuerabit deſolatio

Capitulum lxxxii . De peruerſis hominibus ad terram
ſanctam confugientibus

Hij uero qui ab initio recuperationis et
liberationis Terre ſancte ſtatum eius
agnouerunt: et uarias alternasq; illius
mutationes detrimenta et promotiões dilige
tius inſpexerunt . in ueritate affirmant q nul
lum genus hominum nullaq; alia efficacior peſtis
fuit ad nocendum q flagitioſi et peſtiferi hoīes
ſcelerati et impij / ſacrilegi fures : raptores ho
micide . patricide : periuri adulteri : et proditoēs
curſarij . ſeu pirate . Rutarij : ebrioſi : ioculatoēs
Taxillorum luxores . ignominioſi : hiſtriones
appoſtate . monaci : et moniales : meretrices pu-
blice . et que relictis maritis ſuis lenonibus adheſe
rant : uel qui fugientes uxores proprias alias
ſuperducebant . huiuſmoi monſtruoſi homines
a partibus occidentis mediterraneum mare trā
ſeuntes et ad terram ſanctam confugientes
quia celum non animum permutabant innumeris

flagitijs et sceleribus ipsam maculantes, tanto audatius consueta maleficia perpetrabant quanto a notis et propinquis suis remoti sine uerecundia peccabant. Non deum timentes nec hominem reuerentes: facilitas autem euadendi et impunitas delinquendi, impietatis eorum habenas rellaxabat. eo quod post facinora perpetrata uel ad Sarracenos uicinos xpm abnegantes fugiebant uel in galeis et nauibus seipsos recipientes ad insulas marinas transfretabant. ad regularium domos, quas passim et ubique reperiebant currentes perniciosa priuilegiorum libertate impios defendente impune euadebant. Quidam autem uiri Sanguinum filij mortis deprehensi in patria sua in iniquitatibus morborum uel suspendio adiudicati prece uel pretio plerumque obtinebant, ut in terra sancta promissionis sine spe reuertendi perpetuo condemnati exilio remanerent. hij autem non penitentia compuncti sed uiolentia coacti terre sancte incole facti peregrinis hospitia immoderato pretio locantes, modis quibus poterant decipientes incautos et extraneos homines, et ab eis pecunias negotiationibus indebitis emungentes miseram uitam de spolijs hospitum suorum substentabant. Siccarijs latronibus alearum Luxoribus et meretricibus publicis spe lucri maioris apud se receptacula preparantes diuitibus autem et potentibus, ut eorum fautores essent

et eos in predictis iniqtatibus ſubſtinerent
annuum cenſum reddebant ad cumulū iniq-
tatis: impietatis et damnationis utroq; . hy ēī
qui proſtibulo᷑ et deciorum principatum et
dominium pcio magno aquirebant / a meretcib᷒
et luxurioſis maiorem extorquebant pecuniā᷑ .
Qui autem contra dnicum pceptum pcium p
ſtibuli accipiunt oīum pecco᷑ et abhoīatioēs
que in ipis fiunt: ſemet ipos pticipes conſtituūt
Conſentientes enim et facientes pari pena con
ſtringit . Nonnulli autem ex his quos animi
uanitas et inconſtantię leuitas impellebant
non tam cauſa deuotionis loca ſancta uiſitati
peregre procedebant q̄ cauſa curioſitatis et no
uitatis adptes ſibi incognitas tranſmigrabat
ut mira et in exptis ſtupenda q; audierant de
ptibus orientis non ſine magno labore probarēt
multa enim in ptib᷒ illis mirabiliter operatus
eſt xp̄s / que ſicut iuſti et bene affecti et prudentes
uiri ad laudem dei conuertunt et gloriam q̄m
admodum Bt̄s brandanus qui longo tempore
per maria nauigauit . ut uideret mirabilia dei
in profundo ita leues et curioſi hoīes ad uanita
tem conuertunt que dn̄us in argumentū potētię
ſue et materiam laudis dignatus eſt operari . Ex
quibus pauca de multis pn̄ti opera dignum du
ximus adnectendum diligentibus et ſtudioſis
lectoīb᷒ forſan profutura .

Capl̅m lxxxiii. De deſcriptione terre orientalis
et his que in ea mirabiliter continentur. Pmo
de terremotu et tonitruis et pluuijs et nubibus

Terremotus periculoſi / terribiles et horri-
biles ualde / non ſolum in regno Jeruſalē
ſed in partibus adiacentibus frequenter
fiunt / et maxime in ptib' maritimis ex uiolē-
tia uentorum qui de ſpiramine et impulſione
undarum in locis carnoſis / et ſpelunchis terrarum
concepti. dum liberam exalatioēm aer incluſ'
concitatus non hr̄. Terram cum magno ī petu
et tremore concutiunt: que ſi reſiſtere nō ua-
leat rumpitur. et fit hyatus īmenſus. Et quā-
doq3 ob hanc cām ciuitates abſorte ſunt in
abiſum. Quandoq3 terra non rumpitur. et
tam uehementi impetu a ſpū procellarum cō-
citatur et impellitur / q ciuitates cum turrib'
et muris et alijs edificijs ſubito corruentes
hoīes improuiſos ſuffocant et opprimunt.
vnde qui ſapientes ſunt in ptib' illis igno-
rantes qua hora predicta tempeſtas ſuperuē-
tura ſit cum omni diligentia uigilantes aīas
ſuas preparare non negligunt / nec uiuere
pſumūt. in ſtatu illo in quo mori non aude-
rent. Ex huiuſmodi peſtifera concuſſione. Ti-
renſis ciuitas poſtq̄ in manus latinorum
deuenit cum hītatorib' ſuis fere penitus eſt
deleta. Cum autem in partibus occidentalib'

corruſcationes et tonitrua heant fieri in eſtate
In terra ſancta fiunt in hieme. in eſtate enim
nunquam uel raro pluit in ea. in hieme uero licet
non adeo imbribus irrigetur tribus tamen aut
quattuor aut continuis diebus et noctibus poſtquam
diebus. fieri incipiunt pluuiarum uehementes
inundationes quaſi particulari quodam dilu
uio totam terram inebriant et ſubmergunt.
Niues autem circa montes altitudine nimia
preeminentes cuiuſmodi eſt libanus in terra
uero rariſſime rariſſime reperiuntur. In toto
autem tempore eſtiuo et maxime in diebus
canicularibus feruentiſſimis et in menſe Au
guſti nix frigidiſſima a monte libano per duas
uel per plures dietas deffertur ut uino commixta
tanquam glaciem ipſum frigidum reddat. Conſeruat
autem predicte niues ſub palea ne feruore ſo
lis ſeu calore aeris diſſoluantur.

Capitulum lxxxiiii. De fontibus et fluuijs et aquarum naturis

FOntes autem limpidiſſimi dulcis aque
tam in mari quam in terra repperiuntur. Quidam
unus ut dicitur in partibus Samarie
alternis coloribus quater in anno uariatur. Viri
dem ſilicet. Sanguineum: puluerulentum ſeu
turbidum / et limpidum colorem. mira et gra
ta uiciſſitudine inſpicientium oculis pceden
do. Fons autem Siloe non ſingulis et continuis

ſed

ſed diebus interpolatis ter uel quater in Ebdomo
da dulces aquas ex uiſceribus ſuis emittit. At
uero iuxta montes libani inter duas ciuitates
Archas. ſ. et Raphaneam. fluuius quidaȝ curſu
uelox et aquis plurimum abondans defluit quē
Sabbaticum appellant, eo q̄ ſex dieb; in ebdomo
da nullas ex ſe penitus exibens aquas die ſeptimo
profert copioſas, ex ſicco ſubito exuberans et in
undans effectus. In Tirenſi autem et acconēſi
territorio ex harenulis maris, ex Sabulo uidelicȝ
et glarea marina ſubtili artificio uitrum efficit᷑
puriſſimum. Mare autem Rubrum q̄d ſiccis pe
dibus filij iſrael tranſierunt in confinio eſt egipti
et Arabie. Cuius aque ex terra adiacente que q̄ſi
ſanguinei eſt coloris: rubee eſſe uidentur que tn̄
eiuſdem eſt coloris, cuius ſunt alterius maris aq̄.
Eſt autem quidam fluuiꝰ in Perſide qui ſemper
de nocte congelatur adeo q̄ hōīes et aīalia p gla
ciem ualent ptranſire de die autem ſemp in
aquis reſoluitur. Quidam aūt fluuij in ptib;
orientis aureas harenas hr̄e dicuntur. Preterea
fons limpidiſſimus et amenus qui in paradiſo
terreſtri in remotis orientis ptibus naſcitur tan
tam ex ſe producit copiam aquarum q̄ in qua
tuor flumina diuiditur: que tamen ſtatim
ſub terra abſconduntur. Et per uiſcera terre
defluentia quibuſdam ſubterraneis meatibus
in alijs remotis regionib; iterum oriuntur. Naȝ

Phison qui et ganges ex quodam monte Indie
scaturiens . iterum incipit super terram cursum
suum ostendere apte defluendo . Gion qui et
Nilus non longe a monte Athalante de terra
exiens a terra protinus absorbetur . Sub qua
latenter fluendo mare rubrum pertransiens
in ipso littore rubri maris incipit iterum ap
parere Ethiopiam circumiens in terra egipti
se infundit . Tigris autem et eufrates quasi
ex eodem fonte in quodam monte maioris ar
menie egredientes statim a se inuicem diui
duntur et a mediterraneo mari absorbentur
Cum autem predictus fons paradisi uniuersam
terre superficiem in quattuor fluminibus irrigare
dicatur . Ex uarijs tamen terre qualitatibus
quidam fontes frigidas habent aquas . alij cali
das et fetidas ex terra sulfurea in Epiro autem
est fons mirabilis in quo faces accense extin
guntur . et extincte iterum accenduntur . In Ethio
pia apud Garamantes quidam fons est tam
frigidus de die ut non bibatur de nocte tam
calidus ut non tangatur . Est fons quidam
in partibus orientis ex cuius aquis ignis grec
cus efficitur quibusdam alijs rebus ammixtis
qui postquam uehementer fuerit accensus uix
uel numquam potest extingui nisi aceto et hominum
urina et sabulo . Predicti autem fontis aquas
magno pretio emunt Sarraceni . Sunt aque

quedam que uulneribus medentur. alie que sanant egritudines oculorum. alie que bibentes canoros reddunt. Sunt quidam fontes qui memoriam conferunt. alij qui obliuionem faciunt. Sunt alij qui luxuriam auferunt. alij qui libidinem accendunt. Sunt alij qui steriles fecundant. alij qui fecundas steriles reddunt. Sunt flumina ex quibus oues bibentes nigrescunt. Ex alijs uero uelut nix albe fiunt. Sunt stagna in quibus nulla res natare potest. sed omnia merguntur. Sunt alia in quibus omnia fluitant nec mergi possunt. Sunt lacus in quibus ter in die aque amare sunt. et ter in die dulces fiunt. Sunt quidam fontes calidi qui oculis medentur. fures autem arguunt. Nam qui sacramento furtum negat si piurius efficitur aquis predictis excecatur. Si autem non fuit reus clarius uidet quam prius. hoc autem diuine potentie magis ascribendum est quam nature.

Est preterea fons quidam quietus et tranquillus si autem iuxta illum insonent tibie quasi exultabundus ad sonitum elleuatur. et tamquam miretur uocis dulcedinem extra rippas intumescit.

Capitulum. lxxxv. de diuersis arboribus orientis.

Preter comunes arbores siquidem que in Italia. Alamania. Francia et in alijs Europe partibus habentur. Sunt ibi spales

arbores tam fructifere q̄ ſteriles . ſunt ibi palme
corticibus aſpere graciles in imo dillatantur in
ſumo fructus quos dactilos appellant ꝑ creantes .
in ſūmitate autem tantam hn̄t teneritatem et
ſaporis ſuauitatem ꝙ quaſi nuces albe et recētes
predictarum arbores quas propter earum excel
lentiam nominant arbores paradiſi poma ab
longa ſuauiſſima et quaſi unctuoſa dulciſſimū
ſaporem hn̄tia ferentes . In uno autem globo ·
pluſq̄ centum ſeſe contingentia et compreſſa
inuoluuntur . Folia autem arboris memorate
unius cubiti hn̄t longitudinem et dimidij cu
biti dimenſione dilatantur . Sunt ibi alie arbo
res poma pulcherrima citrina ex ſe producentes
in quibus quaſi morſus hominis cum dentibus
manifeſte apparet . Et idcirco poma Ade ab oībꝫ
appellantur . Sunt preterea alie arbores poma
fructus accidos pontici uidelicet ſaporis ex ſe ꝓ-
creantes quos appellant limones . Quoꝝ ſucco
in eſtate cum carnibus et piſcibus libentiſſime
utuntur eo ꝙ ſit frigidus exſiccans palatum et
prouocans appetitum . ſunt ibi preterea preter
ficcus cōes quedam ſingulares ficuum ſpecies fruct
in ipis truncis abſqꝫ ramis et folijs facientes nō
inter folia uel ramos ſuperiores ſicut fit in alijs
arboribus . Sed ipi truncho adherentes has aūt
pharaonis ficcus appellant . Sūt inſup cedrus li
bani pulcre et ſublimes ualde ſed ſteriles . Quedā

autem que dicuntur cedri maritime parue ſunt ſed admodum fructuoſe facientes ex ſe fructus pulcherrimos ſecundum humani capitis quantitatem quos acronos ſeu poma citrina appellant triplicem ſubſtantiam in ſe et ſaporem habentia in prima parte calida. in media temperata. in ultima uero que latet intrinſecus ſunt frigida. hunc autem dicunt eſſe fructum de quo dominus dicit in Leuitico Sumetis uobis die primo id eſt de fructu arboris pulcherrime. In paruis autem arboribus quedam creſcunt alia poma citrina minoris quantitatis frigida et accidi ſeu pontici ſaporis que poma aranges ab indigenis nuncupantur. Cucumeros autem melones et cucurbite licet capitibus aſinorum ſint maiores. herbis potius quam fructibus aſſignantur. Sunt ibi preterea arbuſta quedam que ſeminantur ex quibus colliguntur bombicem quem francigene cottonum ſeu cottunn appellant. et eſt quaſi medium inter lanam et linum. Ex quo ſubtilia ueſtimenta contexuntur. Sericum autem non colligunt ex aliquo ſemine Terre nec ex arbuſtis uel arboribus ſed ex quorundam uermium ſtercoribus ſeu ſputo procreatur. Quedam autem ſpecies ſpinarum quas ſpareas nominantur priuſquam dureſcant in ramum optime ſunt ad edendum. De quibus dicit propheta dauid. Prius quam intelligerent ſpine uere ramnum. quemadmodum enim predicte ſpine in principio molles et delicate ſunt ad edendum

poſtea uero dure fiunt: et quibuſdam aculeis pũgi
ita peccatorum ſuauitas in aculeum remordẽtis
conſcientie et pene eterne conuertitur. Sunt in
ſuper canamelle de quibus zucharum ex com
preſſione eliquatur. Olim in uniuerſo mundo
non niſi in ſancta terra in loco qui dicitur Jerico
vinea balſami inueniebatur. Procedente aũt
tp̃re ab Egiptijs tranſlata eſt in campo ciuitatis
Egiptie que babilonia nuncupatur et a xp̃ianis
ſub dñio Sarracenoꝝ detentis excollitur dicunt
autem Egiptij et experimento probauerunt ɋ
ſi a Sarracenis excollatur illo anno ſterilis per
manet quaſi fructum facere dedignetur. Sũt
autem in predicto loco ſex fontes in quorum
uno dicunt ɋ beata uirgo xp̃m paruulum bal
neauit. Unde certum eſt et probatum ɋ liquor
balſami quem apobalſamum phiſici appellãt
tranſlata predicta uinea ſeu fructice in alium
locum nunq̃ poteſt procreari. Sunt inſuper in
ꝑtibus orientis et maxime indie precioſe que
dam et ſpacioſe et aromatice arbores quarum
fructus ſunt Gariofoli: nuces muſcate. caſſia
fiſtula. Cardamomũ piper album et nigrum
quod eſt rotundum et piper oblongum. dicũt
tamen quidam ɋ omne piper naſcitur album.
hoc affirmat ysid. li° ethi.
Sz quoniam inter arbores piperis multitudo
ſerpentum inhabitat oportet ɋ comburatur
ſerpentes. Et ita piper ex combuſtione nigreſcit.

quando etiam ſine combuſtione colligitur mittūt
illud in clibano ne in alijs partibus poſſet semi
nari et fructificare et ut diutius ualeant conſer
uari. Sunt alie arbores quarum radices ſunt
zinziber. galanga et zedoaria que uulgariter
Cituar appellatur. dicunt tn̄ quidam ꝙ ſint
radices orientalium herbarum. Mandragora
autem radix eſt cuiuſdam herbe que formaꝫ
uidetur hr̄e humanam. Eſt autem mandra
gora quedam femina et quedam maſculina.
alie autem ſunt arbores quarum rami ſunt
liquiritia. caſſialigea. lignum aloes. Nemo
tamen huius arboris deprendere potuit origīeꝫ
Rami autem eius in flumine babilonico re
periuntur. impulſione enim uentorum aut
tp̄is uetuſtate de montibus cadentes in flu
uium cum retibus capiuntur. Dicunt auteꝫ
quidam ꝙ de paradiſo terreſtri ꝑ fluuium
huiuſmodi lignum aloes defferatur. aliarum
autem arborum orientalium cortex eſt cina
momum. macis autem flos eſt nucis moſcate
uel ut dicunt alij cortex illius. Ciminum aūt
ſemen eſt non arboris ſed herbe. Gumi auteꝫ
ex arboribus ſeu arbuſtis defluentes ſunt opobal
ſamum. Mirra dragantum. maſtix. Thus
Terbentina. ambra uero non ꝑtinet ad arbōes
uel herbas. Sed eſt ſperma Ceti et eſt aroma
ticum ualde et confortatiuuꝫ ſimiliter muſcus

ſuauiſſimus et boni odoris licet inter ſpēs aro
maticas nominetur / eſt tamen ut dicant ſtercus
ſeu ſtruma inguinis cuiuſdam orientalis aīalis
quod muſculieth dicitur . vnde in latrinis et int̄
ſtercora odorem amiſſum recuperat . Aliam quā
dam herbam quam dictamum appellant fere
ſagittis uulnerate diligenter querunt / et īuen
tam manducant : que tante uirtutis eſt . ut
ſagittas de corporibus eorum eiciat . Quercus
mambre ſub qua habitauit Abraam uſq; ad tp̄a
Conſtantini imp̄atoris permanſit . In partibus
illis arbores tempore longiſſimo p̄durant . vn̄
Cedrum et Ebanum impu tribiles extimant . Iu
niperus autem adeo conſeruat ignem q̄p prune
cineribus eius operte uſq; ad annum non extin
guntur . In India autem quedam ſunt Inſule
in quibus arbores omni tempore uireſcunt . hn̄t
autem in anno duas hiemes et duas eſtates
in eiſdem etiam partibus montes arcti ſunt q̊s
dracones et Griffones cuſtodiunt . In Sardinea
autem eſt herba quedam que comedentibus riſ9
contrahit et quaſi ridentes interiunt . Sunt p̄tea
in p̄tibus indie canne fluuiales quaſi pinus
hn̄tes altitudines ſexaginta pedum . ex quibus
naues et domus conſtruuntur . Quedam etiam
arbores ſunt apud Seres folia tanq̄ lanam ex
ſe procreantes ex quibus ueſtes ſubtiles contexūt
Alie ſunt fructus odoriferos ferentes . cum ſole

oriuntur et cum ſole occidentes ſub terra abſcon
duntur. Alie autem centum pedibus in altum ex
tolluntur. ſimiles lauris et oliuis quaſi opobalſa
mum et thus ex ſe procreantes alie autem ferentes
nuces capitibus hoium maiores in quibus multi
ſerpentes ſunt et Simiarum maxima multitu
do. Vites etiam in partibus illis tante magni
tudinis botros ſeu racemos producunt ꝙ plures
homines iuncti uix unū poſſent ſuſtinere. De
arboribus autem quas in extremis Indie partibꝰ
magnus Alexander inuenit. que ipm̄ in babi
lonia ueneno moriturum predixerunt. licet di
uino imperio Aſina Balaam fuerit loquuta mi
rabilis tñ uidetur ꝙ cogitationibꝰ Alexandri reſ
pondebant et futura tanto tempore ꝑuſq̃ con
tigiſſent preſcire potuerunt. Illas autem pre
tioſiſſimas medicinales arbores quas dñus in ex
tremis et excelſis et temperatiſſimis orientis ptibꝰ
ab initio plantauit in orto uoluptatis pn̄ti opuſ
culo tanq̃ ignotas inſerere non ualemus. magnū
enim Chaos poſitum eſt inter exilium nr̄m et
predictum uoluptatis paradiſum. magnus eñ
tractus interiacens. Innumeriq; ſerpentes locum
inacceſſibilem nobis reddiderunt. preſertim
cum uſq; ad celum muro igneo clauſus eſſe di
catur. Et angelus dñi non ſolum hoibꝰ ſed etiā
malignis ſpiritibus introitum inhibeat. De pre
fati autem paradiſi arboribus duas ex diuinis

ſcripturis aliquatenus cognoſcimus. Quarum una dicitur arbor ſcientie boni et mali de cuius fructu uetito in detrimentum poſteritatis ſue primi parentes comederunt. Altera lignum uite nuncupatur de cuius fructu qui manducaue runt in eodem ſtatu ſemper īmortalis pmanēt.

Capitulum lxxxvi. De uarijs et mirabilibus aialibus

IN terra promiſſionis et in alijs ptibus orie tis quedam ſunt aīalia que in alijs ptibus mundi non habentur. Sunt enim ibi leones in pectore et pedibus anterioribus et in cauda uirtutem habentes. quorum fetus uſq; ad tertiū diem in quo ad rugitus parentum quaſi de mōte excitantur, aliquo ſenſu non utuntur. dormit autem leo aptis oculis. Et cauda ſua delet ueſtigia pedum ſuorum ne a uenatoribus pcipiantur. hominibus non niſi prouocatus ad iram nocet parcit ſupplicibus. Inuadentes ipm inuadit ma giſtrum ſuum metuit, quando catulum ante ipm uerberat. Et ibi quoddam ſeuiſſimū aīal quod lariza nuncupatur. a cuius crudelitate nulla beſtia poteſt eſſe tuta. Nam ut dicunt ipm leonem terret. Sunt et leopardi ſic dicti quaſi Leonibus ſimiles in capite et diſpoſitōe membrorum licet non ſint tam magni nec tam robuſti adeo manſueti fiunt ab homībus q eis ſicut canibus utuntur ad uenandum. Non enim a currendo predam capiunt ſed

ſaltus faciendo. Et ſi in tercio ſaltu p̄dictam pre-
dam non ceperint eam prorſus dimittunt ſibi
indignando. Sunt ibi papiones quos canes ſil-
ueſtres appellant lupis acriores et continuis cla-
moribus de nocte vlulantes. Leena p̄mo partu
quinq; fetus emittit. Deinde per ſingulos part᷒
fetus nūm minuens. poſtq̄ ad unum ꝑuenit
ſterilis efficitur. Sunt et uncie ſeuiſſima aīalia
non canibus altiora longiora tamen corpora
brūta canibus ualde inimica. Predam non co-
medunt. niſi in altum eam portent quando
arborem inueniunt arborē ad ſupremum ramū
defferunt et pendendo eam comedunt. Ex ni-
gris et albis maculis aſperſum habent corpus
quando ſunt in calce coytus. et aliquem uulne-
rauerint. mures ad ip̄m conueniunt et min-
gunt ſup̄ eum ſi poſſint et ſtatim moritur.
Vnde audiui ab illo qui uidit q̄ quidam uul-
neratus fecit ſe in barcha deportari in mare
et mures ueniebant ad mare ut uenirent ad
eum ſed non poterant peruenire. Fel uenenū
mortiferum eſt. Sunt ibi pulcherrima aīalia
que Panthere noīantur ex albo et nigro minu-
tis orbiculis ſup̄picte. quarum odore cetera
aīalia mirabiliter affecta eas ſecuntur. Poſtq̄
enim diuerſis uenationib; paſte et ſatiate fuerīt
tribus diebus et noctibus continue dormiunt
in ſpelunchis ſuis. Euigilantes autē et rugitū

proferentes tante ſuauitatis odorem de gutture
ſuo emittunt quod pretioſa aromata uincit et
omnes beſtias exceptis ſerpentibus qui bono odore
necantur dulcedine ſpiraminis ad ſe trahunt
hec autem non ſunt niſi ſemel pariunt. Nam fetus
earum priuſquam partui propinqui ſunt non expec
tantes debiti temporis horam: matricem un
gulis lacerantes ipſam Seminum retinendo pror
ſus reddunt ineptam. Sunt ibi preterea elephan
tes robuſti uiribus et corpore magni uelut mon
tes ſunt bellicoſi et audaces maxime quando
ſanguis eis oſtenditur ad prelium amplius a
nimantur cum quibus perſe et indi pugnare ſo
lent Turres ligneas cum hominibus armatis ſup
eorum dorſa ponentes. habent autem Roſtra ma
xime prominentia quaſi ampla inteſtina que
appellant promoſides cum quibus homines ca
piunt deuorant et tranſglutiunt. Magnus
autem Alexander pugnaturus aduerſus Indos
ereas ſtatuas prunis ardentibus impleri fecit
putantes autem Elefantes ſtatuas illas eſſe homines
protendentes labra comburebantur et ſtatim tamquam
homines quasi herea ſimulacra fugere ceperunt ne
minem audentes contingere. alia uice grognitu
ſtridore porcorum cum ſonitu buccinarum
multorum ſuperauit elefantes eo quod talibus
ſtridoribus aſſueti non erant. Incedunt autem
pegatim ſeſe inuicem diligentes et concorditer

ambulantes: motibus quibus poſſint ſibi ap-
plaudent alter alterum quaſi ſalutando et ſe
inuicem coadiuuantes. frigide nature ſunt. Vñ
et ebur qđ de eorum oſſibus fit. frigidum eſt et
candidum. Nam ſi ebur pano ſupponatur ſup-
poſito igne panus non comburitur ſed naturali
eboris frigiditate ut dicunt extinguitur ignis
Tantum modo ſemel gignūt fetus ſuos. in utero
geſtant duobus annis. viuunt autem annis
tercentum: mures timent et fugiunt. dracões
autem maxime formidant. Nam ab ipis impli-
cati et inodati pōſternunt et neccantur. Vnde
in inſulis poſtq̄ peperunt fetus ſuos reponunt
propter dracones. pariunt autem in aquis. Nā
ſi fetus in terram caderet ſurgere non poſſet.
habēt enim oſſa ſolida ſine iuncturis. Vnde cru-
ra et tibias flectere nequeunt. Quando autem
quieſcere uolunt arboribus inclinantur et incū-
bunt. Venatores autem arbores ſeccant et qui-
buſdam obicibus: ne penitus corruant fulci-
entes in inſidijs latent, donec reuertens ele-
phas cum arbore cui innititur cadant et ſurgē
non ualeat. ad uagitum autem et gemitum
illius plerumq; cōcurrunt alij elephantes. cuq;
ſe incuruant, et Socium ſuum erigere nequīnt
gemūt pariter et garriunt et quaſi compatien-
tes cum lugente lugent. Paruuli autem ele-
phantes prout ualent ſe ſe ſubponentes ipm

aliquando ſubleuantes errigunt. Et ita de ma-
nu uenatorum liberatur. Per fumum autem
qui fit ex inguine et pillis elephantis quelibet
aĩalia uenenata fugantur. Sunt ibi unicornes
quos greci Rinecementes appellant hñtes in
media fronte cornu fortiſſimuʒ et robuſtiſſi
mum longitudine quattuor pedum. hoc cor
nu quodcumq; aĩal uentilant pforant etiam
ipm̃ Elephantem de nocte pcutiendo deiciunt
et occidunt. Quando autem a uenatoribus
capiuntur ex ſola indignatione aĩal ſupbuʒ
moritur. Nulla tamen uenantium fortitudīe
capi poſſunt. Sed uirgo pulcra et ornata ãte
eorum oculos pponitur que aperit eis ſinum
ſuum et ſtatim depoſita omni feritate in puel
le gremio ſuſcipiunt. Et ibidem quieſcentes
ſoporati capiuntur. Monocceros autem alia ē
beſtia quaſi monſtrum quoddam quod attrociſ
ſimum mugitum et horridum caput habens q̃
cerui. Corpus uelut equi: caudam admoduʒ
porci: pedes autem Elephantinos uno cornu
acutiſſimo in medio frontis armatur captum
pōt perimi Sed nequaq̃ domari. Sūt ibi leenes
que q̃ ita perſpicaces hñt occulos q̄ ſolida
corpora ſubtilitate uiſus penetrare dicuntur.
Qui autem huius aĩalis naturam plenius co
gnouerunt eius urinam in lapidis pretioſi
naturam qui ligurius appellatur conuerti

dicunt. Unde inuidia quadam naturali ligurez emissum a renis in quantum possunt abscondunt, ne in usus humanos talis urine egestio conuertatur. Sunt ibi Tigres quibus regio hycanorum maxime abundat. Fuluis colorum maculis in supficie nitentes, ueloces supmodum. ut uolare uideantur. quando cursum agitant. Sūt autem ferocissime et īcomparabili rabie seuientes precipue quando raptis catulis insecuntur uenatores qui uix euadere possent. nisi clipeos uitreos in ipo itinere proicēnt in quibus quasi in speculis Tigres figuras suas intuentes, et fetus suos reperisse putantes sistūt amplexantes et deosculantes ipm uitrum, et tandem pedibus confringentes nihil reperiūt. Et iterim uenatores fugiendo euadunt. Castor autem aliud aial est talis nature. ut dicunt qd cum ip3 uenatores sequuntur seipm dentibus suis castrando genitalia proicit, sunt eīz medicantibus apta et propter hoc se a uenatoribus existimant infestari et eis proiectis liberari. Et quoniam non potest diu substinē nisi caudam in aquis teneat. edifficat domuz suam super aquas, faciens in ea diuersas mansiones. ut cum aquis crescentib3 in supioribus ascendat. et cum descendentib3 ad inferiorem mansionem descendat. Sunt ibi pretea Vrsi maximi, quorum uirtus maxima est ī brachijs

et in lumbis. Caput autem habent inualidum
et debile. Et quia ante fetus pfectionem vrsa
imaturam prolem parere festinat. Carnem quā
ex se producit lambit. et fetum producit in
membra. Sunt eque in capadocia que a uento
concipiunt. Sed fetus earum non nisi triennio
uiuere possunt. Sunt autem equi nullū sessorē
preter proprios dn̄os admittē uolunt. Quibus
mortuis dolent supramoduz et lacrimantur. et
dolore manducare renuentes fame et inedia
moriuntur. Camelus aīal est onerifferum de
forme ualde adeo qꝫ equis et alijs aīalibus quibꝫ
dam timorem incutiat. habent autem strumā
in dorso collum longum et crura prolixa hor
ribiliter stridet ordeum cito transglutiens ref
uat ut ruminando tota nocte rursus mãducet
Est autem aīal pigrum et longo gradu icedēs
quidam autem Quidam autem cameli quos cur
sarios appellant seu dromedarios qui plures
dietas uno die pficiunt et uelociter currunt.
Est ibi pretea quoddam aīal monstruosum.
Manticora habens hoīs faciem. corpus leonis.
caudam Scorpionis triplicem in dentibus ordinē
colore rubea oculis glauca habens Sibillum
quasi serpentis ita sonorum qꝫ modulos imitat'
fistularum carnes humanas ad edendum
ardentissime affectans. Ita uelox cursu sicut
auis uolatu. Est ibi alia bestia Centrocata que

uelocitate :~

uelocitate precedit bestias uniuersas habens cor-
pus asini . et clunes eius et pectus et crura leonis
vastum oris hyatum usque ad aures . Loco autem
dentium os habet solidum / uocem autem hominis
imitatur . Est ibi alia bestia . que dicitur cale cui
corpus equi / maxilla apri . Cauda elephantis .
nigra colore / oriens in aqua . et in terra equaliter
potens / habens cornua maxima . quorum uno pu-
gnans alterum post terga flectit / quo abraso uel
absciso reliquum ad pugnam dirigit . Hyena be-
stia est seuissima et dolosa carnibus humanis ue-
scitur . Ex sepulcris mortuorum effodendo etrahit
cadauera pabula pastorum insequitur . ut as-
sidue uoces humanas imitari possit / quibus
uocibus nocte homines accitos deuorat et perimit .
vomitus quoque humanos et singultus simulans
canes concurrentes dilaniat / qui postquam eius
umbram attingerint latratum prorsus amittunt .
Dicitur autem quandocumque animal lustrauerit mo-
uere se non possit . in oculis eius lapis pretiosus
repperitur qui hyena uocatur . Onocentaurus
autem animal est monstruosum ut dicunt natura
bifforme / habens caput uelut asini / corpus autem
quasi hominis . Parandis uero species multiformis
dicitur esse . est enim bouis magnitudine ramo-
sis cornibus ceruino capite . ursino colore et pil-
lis uilosis et condensis . hunc affirmant habitum
et colorem in ictu uariare . Itaque cum in aliquo t

delitеſcit loco ſiue ſaxo albo ſiue frundetis in-
rentibus ad eorum ſimilitudinē pmutatur .
Cocodrillus aīāl eſt quatruplex quod in terra
naſcitur in fluminib; tñ ſicut in terra ī hītat
nec minorem hīt potentiam in aqua q̄ ī terra .
hīt autem oua uelut anſerum que in terris
profert . In Fluuio autem Nili / pluſq̄ alibi
inuenitur cocodrillus . Reponit autem oua
ſua ubi fluuius exuberans non poſſit attin-
gere . In flumine etiam ceſaree paleſtine
hītant / deuorant autem tam hoīes q̄ aīalia
plerūq; ad uiginti cubitus longitudinis
exereſcunt / linguis carent . Maxillas ſupe-
riores mouent . Morſus hn̄t orribiles et
tenaces Vnguium īmanitate armati ſunt
maxima pellis firmitate quaſi clipeo muni-
untur . horum carnes Sarraceni manducāt .
Ypothamus ſiliter in terra naſcitur in aquis
ſicut in terra eſt potens et inhabitat . Eſt aūt
plerūq; maior elephante hn̄s roſtrum ſupi-
num reſupinuz ungulas biſſidas caudaz
tortuoſam . dentes pongineos dorſa et hy-
nitu ſimilis equo . Nocte autem ſegetes de-
paſcit / ad aquas pergit quaſi retrogradiēs
ut fallente ueſtigio reuerti putetur et nlle
inſidie pparentur . In partibus autem īdie
pcipue reperiunt̄ . Eſt autem in Babilonia
quedam alia beſtia quam Cineram appellāt

alta in anteriori pte / ſubmiſſa autem ī poſte-
riori / hanc autem in magnis ſolemnitatibus
palio pretioſo operientes dn̄o ſuo / ut ipa ho-
norifice et magnifice ſeruiant pn̄tant Sar-
raceni. Sunt preterea quidam fluitam in
ptibus orientis condenſis et aſperſis ſetis
horridi / grandes capite / oris hyatu ab aure
uſq; ad aurem patente / oīa ſpicula duro et
inpenetrabili tergo repellunt. Cornua aūt
ad pugnam uiciſim deponūt uel producūt
Ibi etiam boues ſunt tricornes / pedes equoꝝ
hn̄tes. Munucoleon autem ſeu formicoleon
quod idem eſt / modicum eſt aīal alijs aīali-
bus uelut formica eſt / formice autem eſt
quaſi leo abſconditur enim in puluere / in-
ſidiando formice portanti frumentum quā
ex ī prouiſo pimit et frumentuz cōſumunt.
Leontophonos grece dicitur quoddam aīal
medidum quod capiunt uenatores et exurūt
Cuius carnes ſupra carnes conſpergūt ex
quibus carnibus leones comedentes illico
moriuntur. Vnde leones has beſtias natu-
rali quodam odio pſecuntur / quas captas
unguibus ſtatim dilaniant. Ex eis uero ge-
ſtare non audent. Sunt ibi preterea porci
magne et mire magnitudinis hn̄tes dentes
unius cubiti. Quedam autem alie beſtie
nigre et orribiles. Capite ſimiles equis et

Elephantibus fortiores tria cornua in frontibus hn̄tes. Mures autem uulpibus maiores morſu aialia perimentes hoies autem licet mordeāt parum tamen morſibus eorum moleſtāt. Alie etiam beſtie ariete maiores facie hyrcina collo uelut aſſelli, ceruice ungulis biffidis et cauda uitelina. Sunt alie beſtie ſimiles ypothamis pectore ſicut Cocodrili. Setas quaſi porci in dorſo habentes dentibus ad bellum fortiſſimis. Tarde in inceſſu ſicut teſtudo que non lanceis nec Sagittis penetrari poſſintt. ſed maleis ferreis ab hys qui contra ipas preliantur conteruntur.

Sunt alie beſtie podes bipedes ſicut porcus hn̄tes cum ungulis trium pedum magnitudine caput porcinum caudam uero hn̄tes leoninam. Quedam autem fere in eiſdem partibo oſſa quaſi ferrata: acuta ualde uelut gladius hn̄t ī capite cum quibus milites armatos tranſfodientes īterficiunt. Sunt preterea lichochephali ceruicē equinam cum imenſis corporibo hn̄tes flamis quas ex ore aſpirant homies pimentes. In predictis autem partibus orientis maxima et uaria procreatur ſerpentum multitudo.

Capitulum lxxxvii De Serpentibus

Sunt autem ſerpentes natura frigidi uñ parum uel nihil nocumenti dant niſi poſtq̄ calefiunt. Nocte aūt minus ledunt qͥ de die eo q̄ nocturno frigeſtunt tpe

hyemali autem frigore torquentur in nodos ꝛ
eſtate aūt reſoluuntur. Cum autem ueneno
inficitur primitus obrigeſcit. Poſtq̃ uõ cale-
factum fuerit uenenū hoīem ariditate inf-
ficit. Dicunt autem ꝙ nocere non poſſunt
niſi hoīs ſanguinem tetigerit. hoīez autez
nudum fugit ut dicitur: nec ipm̄ audet
moleſtare. Caput autem abſcondens corp⁹
totum obicit ferienti. Nam ſi caput eius eua
ſerit, nihil minus uiuit amiſſo corpore. In
greſſus autem aquas uenena deponit. poſtq̃
uero ab aquis exierit eadem reſūmit que ſi
forte caſu quolibet amiſſa non inuenit terre
frequenter caput allidens moritur pre dolore.
Viuit autem ſerpens longo tempore. Nam
poſtq̃ ſenuerit ieiunando proprias carnes
conſūmit, donec cute laxata per foramen
petre tranſit. Vbi pellem ueterem deponēdo
iuuentutem recuperans renouatur. odorez
autem bonum fugit. quo plerūq; neccatus
moritur. De medulis autem hoīm quādoq;
ſerpens procreatur. Inter oīs ſerpentes et
ſuper omnia terre aīantia maximus eſt draco
qui abſtractus a Spelunca ſua quandoq; ſuper
aerem fertur ipm̄ incitando et uehementer
impellendo. Eſt autem criſtatus ore paruo et
ſtrictis arenarum fiſtulis quibus ſpm̄ atrahit
linguam exerit. Dentibus autem non nocet

Cauda autem ſiquem ligauerit occidit a quo
nec elephas tutus eſt corporis ſui magnitudiē
auram autem ſpirando inficiens flatu peſti-
fero mortem ingerit / pedibus autem carens
pectore et uentre ſerpit . De cerebro autem ei⁹
lapis pretioſus dragoncias excidit . Sicut
Leo rex eſt aīalium . Ita baxiliſcus rex dicitur
eſſe Serpentum / unde dictus eſt baxiliſcus gre-
ce / qui regulus latine . Timent eum et fugiūt
oēs ſerpentes / eo q̄ a ſolo flatu necant hoīes .
Ipē autem uiſu uenenato hoīes interficit ab
eius etiam aſpectu nulla auis illeſa ꝑtranſit
Eſt autē longitudo ſemipeda albis maculis
Lineatus / terram per quam tranſit exurit et
extinguit herbas / arbores inficit et corrūpit
Quicquid morſu eius tangitur occidit . nec
fera nec alite . i . aue depaſcitur . Edes autem
in quibus aliqua corporis ſui particula reſuat
nec ſerpentes ingrediunt : nec aues fedant
nec intexunt aranee . a muſtellis tantū uin-
citur baxaliſcus . quas hoīes cauernis ſuis ī-
mittunt . quibus uiſis fugit ſerpens . Ille per-
ſecuntur et occidūt . In partibus autem hye-
rico circa ſolitudines Iordanis quidā Serpēs
inuenitur . qui Tir noīatur . ex cuius carnib⁹
cum quibuſdam que illis adiungunt fit ꝯfectio
quedam quaſi electuarium que dicitur Tiria-
ca / omne uenenum in corpore humano ſupat

et extinguit. Cum contra aliud omē uenenuz
ualeat. contra predicti Tiri ue^ne^nū nihil pdeſt
Salamandra grece dicitur. latine ſtelio noīatur
ēt ut aliqui dicunt Cameleon. Eſt aūt quadru-
pex hn̄s faciem quaſi lacerte/caudam prolixā
et tortuoſam/ vngues ſubtili adūſitate hama-
tos: corpus aſperuz. cutem qualis eſt ī cocodrilis.
profert autem ex cute quaſi quandam lanam
de qua zone contexte comburri non poſſunt
igne. predictum enim aīal uiuit in igne/et
non uritur ſed plerūqꝫ incendium extinguit.
Eſt autem pigrum inceſſu/uictorē ſuum in-
fectum. Nam ſi uel modicum alex ex eo come-
deret illico moritur. inter omnia uenenata aīa-
lia maximam h̄t nocendi uirtutem. Ceterа
enim ſingulos perimūt. Sed hoc plurimos pit
interimit. Nam ſi arbori irrepſerit poma
oīa ab eo inficit ueneno/adeo ꝙ quicunqꝫ ex
eis comederint moriuntur. ſi autem in pu-
teum ceciderit/uis uenem eius om̄s potantes
interimit. Vipera ſerpens eſt ſic dicta/eo ꝙ ui
pariat. cuius naturam eſſe credatur. ut pat
in conceptiōe moriatur: mater uero in partu
necatur. voluptate enim libidinis quaſi in
inſaniam uerſa mater caput patris ore recep-
tum pſcindit. cuius cum ad partum uenter
intumuerit catuli non expectantes maturam
nature ſolutionem corporibus eius ex lateribꝰ

cum matris interitum in erumpunt. Ipa uero qn
pcipit incantatores, unam aurem terre affigit
alteram cauda obturat ut non audiat uocē ue-
nefici incantantis ſapienter. Saura ſerpens
eſt qui qn̄ ſeneſcit oculi eius cecantur. Ipe uero
ingreditur foramen parietis reſpicientis ad or-
tum ſolis. ut oriente ſolis radio contra ſolem
incedat et ſic lumen recuperat. Ipirapis uō
genus eſt aſpidis ſomno quos mordet interimēs
ueneno ſomnū īmittit et quos mordet dormi-
endo pimit. Sitalis tanta pfulget tergi uarie-
tate. ut notarum gratia uidentes retardet. Eſt
tanti feruoris. ut hiemali tempore pellem de-
ponat huius morſu ſi quis tangitur uelut
ardore igneo conſumitur. Anſibena ſerpens
eſt duo habens capita unū in collo ſuo alterū
in cauda. utroq; autem capite currit. Sepſexi-
guus ſerpens eſt qui ſimul carnem et oſſa ue-
neno conſumit. Serpentes dicti Tarente mo-
dice quantitatis ſunt: illi autem quos pungūt
uehementer anguſtiantur et niſi Tiriaca eis
ſubueniatur quandoq; anxietate moriuntur.
Ceraſtre Serpens eſt hn̄s in capite cornua totū
corpus in puluere abſcondit. cornua ſola uo-
lucribus oſtendens. Poſtq̄ autem aues ſupra
eam ſederit eas interimit. Homororis eſt
ſerpens morſu ſanguinem eliciens. et diſſolu-
tis uenarum meatibus totum cruorem ex̄bens

mortem ingerit. Contra tria genera serpentum
qui filios israel in deserto perimebant erectus
est serpens eneus in pala. hi fuisse dicuntur
dipsades. Scitule et Scorpiões. Dipsas adeo ē
subtilis ꝙ quasi inuisibiliter pcutiens cum cal
catur non uidetur. Inducens autē tumorem
et inflationem hoīes interimit. Scitula quos
inficit siti pimit. Scorpio blandum et quasi
uirgineum dicitur habere uultum. sȝ aculeuȝ
hꝫ in cauda uenenosa. Sunt in India serpētes
tam uasti ut ceruos deuorare dicatur et ipsuȝ
occeanum trāsnatare. sunt alij serpentes piper
album comedentes lapides ꝑtiosos in capitibus
habentes singulis annis inter se preliantes se
se mutuo ex magna parte interficiunt. hn̄t
autem quidam serpentes cornua uelut arietes
quibus homines uentilando percutiunt.

Capitulum. lxxxviii. de auibus et piscibus.

Sunt preterea in partibus illis orientis
aues mirabiles que nusq̄ alibi reperiunt
Est ibi phenis alijs singularis et pulcher
rima magna corpore plumis autem ungulis
et oculis decora. dicitur autem ꝙ in capite cri
stam hꝫ uelut pauo. Collum eius aureo colōe
refulget. Roseas hꝫ penas in posterioribꝫ pur
pureas. Caudam hꝫ cerulei coloris. uiuit autē
multis annis. dum autem uiderit se senuisse
petit locum ꝓheminentem ualde et amenum

in cuius medio fons eſt magnus ubertate pfluus
et ſerenitate preclarus in cuius margine arbor
eſt nobilis et ſublimis ualde in cuius uertice
de uarijs aromaticis ſpeciebus nidum ſepulcrū
ſibi conſtituit. Ex calore autem ſolis plauſu
allatum ſe ipm̃ accendens de cineribus ſuis ĩ
nouata reſurgit. Pſytachus auis eſt in die
uiridi colore. torto roſtro/ lingua grandi/ un̄
et articulata profert uerba/ ita ut ſi eam non
uideas hoiem̃ loqui putes. homines ſalutat
dicens aue uel chere/ p̃mo et ſecundo anno ci-
tius dicit et tenacius uerba retinet. paulo ſe-
nior indocilis eſt et cito obliuiſcitur. Nobilio-
res duos hn̄t in pedibus digitos ceteri autem
ternos. Ibices auis eſt que nili aqua ſemet-
ipam̃ purgat. Roſtro aquam in poſteriora fu-
dens/ ore autem parit pullos. Serpentum
populatur oua gratiſſima. Niſis ſuis ex his
eſcam deportans. Pellicanus dicitur quaſi pel-
lem canam hn̄s/ hec auis dicitur occidere pul-
los ſuos/ eoſq; ꝑ triduum lugens ſe ipm̃ ro-
ſtro proprio uulnerat/ et ſic pullos occiſos ꝓpri
ſanguinis aſperſione uiuificat. Diomedias
Latine dicitur auis quam greci herodiam no-
cant. Si grecus ad eas acceſſerit ipi ut dicunt
blandiuntur. alias autem nationes morſib;
impugnant. Sunt autem magnitudine aqlaꝝ
colore niueo/ duris et urgentib; roſtris. Quan

autem lacrimoſis uocibus dolent / uel ſui muta-
tionem uel regis interitum preninciando ſigni-
ficant. Griffes aues ſunt ferociſſime ultra
omnem rabiem ſeuientes. Sunt autem corpore
magne et adeo fortes quod homines armatos pre-
liando ſuperant et occidunt. Onocrotalus
auis eſt que multas ſimul in uentre recon-
dit eſcas / poſtea uero extrait et manducat.
Sirenes licet in partibus ſuperioribus uirginibus
aſſimilantur / parte tamen inferiori auis ſpeciem
pretendunt. Unde inter aues marinas eas de-
putant / licet ſint monſtruoſe. In partibus
autem Indie ſunt ueſpertiliones columbis
maiores / habentes quaſi hominum dentes / homines
autem in faciem percutiunt / nares aures et alia
membra eis amputantes. In eiſdem etiam partibus
ſunt alie uolucres uelut uultures rubei colloris
pedibus et roſtris nigris / hominibus autem non
nocent / ſed tantummodo piſces quos de flumi-
nibus ſit extrahunt comedunt uel deuorant.
In egipto autem ex ouis gallinarum in clibano
uel fimo calefactis abſque matrum cubatione
pulli procreantur. Unde quot oua habent tot
pullos die eodem predicto artificio ſi placet habere
poſſunt. Sunt etiam columbe que nunciorum
fungentes officio litteras dominorum ſuorum
ſub allis deportant / modico tempore magna terrarum
ſpatia tranſeuntes. Sunt autem ualde neceſſarie

maxime quando per terras inimicorum aliy nu-
cy transire non ualeant uel non audeant. De
his autem auibus quas Alexander uidit in per
side que si in faciem egrotantium inspicerent
conualescebant / si autem respicē noluissent absq;
dubio moriebantur. Et de his similiter quas
btūs Brandanus uidit in quadam excelsa arbōe
et pulcerrima / quarum una respondidit ei / qꝫ
essent sp̄s pn̄tiam suam in corporibus uolucrū
ibidem facientes. utrum uerum sit an non pru
denti lectori iudicandum relinquimus. In flu
mine Ganges anguille sunt longitudine trigi
ta pedum. in quo etiam quidam uermes sunt
qui instar cantribina hn̄t brachia longitudine
sex cubitorum / quibus elephantes corripiunt
et undis emergunt. Indicum etiam mare gignit
testudines de quarū testis palatia et hospitia
sibi faciunt homines. Sunt autem cancri in
mari occidentali. qui hoīes aphendunt et sub
mergunt. habent autem terga dura uelut coco
drili. Sunt ibi pisces ex quorum pellibus ho
mines ampla et pulcra faciunt indumenta. In
fundo autem occeani quidam sunt pisces cū
aīalibus terrestribus similitudinez habentes ·
quorum quidam ambulantes pedibus fructus
arborum in limo maris nascentium manducāt.
E thinis piscis est semipedalis tante uirtutis ut
nauim adherendo retineat · ruant uenti / seuiāt

procelle tollantur fluctus nauis tamen quaſi
radicata ĩmobilis ſtat nec procedere poteſt piſci
culo non tam detinente eam q̃ ei adherente .
Murenas feminini ſexus tantum eſſe dicunt et
a Serpente concipit. Vnde a piſcatoribꝫ tanq̃ a
ſerpente ſibillo euocantur. fuſtis et maleis dif
ficiliter interimuntur capite percuſſo uix inte
rimi poſſunt. cauda ſtatim necantur. in quibꝫ
dam conchis maritimis lapides pretioſi inue
niuntur. Dicunt enim ꝙ nocturno tempore litt'
adeunt et rore celeſti margaritas concipiunt.
Decreſcente luna uacuantur creſcente iterum
implentur. Hoſtree autem ſpecies ſunt concaꝫ
plene quaſi carnibus quibus cancri miro inge
nio uiuunt quia enim teſtas earum apperire
non poſſunt explorant in inſidijs quando clauſtr'
apperiunt et latenter inicientes lapillum impe
dita clauſione carnes earum corrodunt. Delphi
ni piſces ſunt qui tempeſtate ĩminente in ſuper
ficie undarum apparentes ludunt. Cethe autē
oīum piſcium maximuſ eſt. h̄t autem ſtrictos
oris meatus. unde non niſi paruuos piſciculos
deglutit quos odorifero oris hyatu uel hanelitu
euocant ad ſe trahens in uentrem ſuum mittit.
Cum autem tempeſtas oritur in mari attolit
ſe ſuꝑ fluctus. Quidam autē cethi ita ſunt ma
gni ꝙ montes uel inſule uidentur. quibus urgēte
tempeſtate naute naues religantes dum credūt

ſe ſuper ſolidam terram manere ignes accendūt
quos belua ſentiens tam naues q̄ nautas ſecū
trahit in profundum .

Capitulum . lxxx viiii° . De lapidibus precioſis

SVnt preterea in partibus orientis lapi
des pretioſi admirabilis uirtutis et in
credibilis et inexptis . Adamas in ulti
ma India repperitur lucidi coloris et ferrugi
nei quantitatem nucis anellane non excedit
duritia ſua omnibus metallis reſiſtit . hyrcino
tamen ſanguine et calido rumpitur in igne
non caleſcit . ferrum occulta quadam natā
ad ſe trahit . Accus ferreus poſtq̄ adamantē
contigerit ad Stellam Septentrionalem que
uelut axis firmamenti alijs urgentibꝫ non
mouetur ſemper conuertitur . unde ualde ne
ceſſarius eſt nauigantibus in mari . Iuxta
magnetem poſitus : non ſinit eum rapere ferrū
Et ſi magnes ferrum traxerit accedente ada
mante ferum rapit aufferendo predam ma
gneti . dicitur autem q̄ fugat uenena . artibus
maleficum reſiſtit noctis fantaſmata et ſom
nia uana repellit . Inſanis etiam multum p
deſt contractus adamantis . Magnes ſimilit̄
lapis eſt indicus ferruginei coloris adeo ap
hendens ferrū ut cathenam faciat annulorꝫ .
In magicis preſtigijs utuntur eo magi . Valet
contra idropeſim et contra ignis adhuſtiones

Eſt ibi Smaraldus coloris uiridiſſimi / cum corpꝰ
eſt planum / et extenſum fuerit / uelut ſpeculū
imaginem reddit / oculos autem intuentium re
creat / et confortat / ualet contra enutriteū et ca-
ducum morbum. Prodeſt etiam ad motus libi-
dinis compeſcendos. Eius uiror intenditur ſi
ablutus uino fuerit et oleo oliuarum punctus.
E ſt ibi carbonculus qui antrix grece dicitur / et
uulgariter rubino. eo q̄ rubei coloris ſit / lucēs
in luce et tenebris pluſq̄ ignitus carbo flamās
ad oculos uibrans et effundens uelut ignem.
E ſt ibi Saphirus ſereno celo colore ſimilis. nūq̄
tamen quantūcunq̄ purus ſit imaginem ſpe
culi in ſe oſtendit. dicitur autem uegetare et
confortare membra geſtata / tumores ipſum
ſedare ſudorem reſtringere / ardorem refrigerat
Interiore. ulcera ſanat / ex oculis Sordes / et ex
oculis fronte tollit dolores / morbis Lingue
medetur. hac gēma in maleficiis ſuis utuntur
Nigromantici. Eſt ibi topacius aurei coloris
imaginem intuentium tranſfuſam repreſētans
eſt autem frigide nature / et ualet contra luxu
riam / undas bullientes compeſcit. Prodeſt
autem emoriodis. Eſt ibi iaſpis uiridis et trāſ
lucentis coloris / inueniuntur tamen aliorum
colorum qui non ſunt adeo pretioſi / ualent
contra fantaſma et febrem et idropeſim mulie-
ribus autem parturientibꝰ dicitur prodeſſe.

Est ibi ametiſtus purpurei coloris .i. uiolati. ua
let autem multum uinuz potantib9. nam con
trarius eſt ebrietatis. Eſt ibi achates haben(s)
albas uenas nigro pmixtas. ualet autem con
tra uenena et contra ſitim uiſum fouere dicit(ur)
Q(uo)d autem dicitur conferre gratiam et facun
diam magis eſt aſcribendum ſupſtitioni q(uam) fi
dei. Abeſtus eſt lapis archadie ferrei coloris
qui ſemel accenſus numq(uam) pot(est) extingui. Pira
tes lapis eſt perſicus fului coloris tenentis ma
num ſi uehementer prematur urit adeo q(uod) teneri
non poſſit. Gangates lapis niger lucidus
planus et lenis ardet in aqua. dentes labefactos
conſolidat. fumus eius mulieribus meſtrua
reddit. qui etiam multum prodeſt caducis.
ualet etiam p(re)dictus lapis contra infirmitatez
uentris et p(re)cordiorum. aqua qua tribus dieb9
imergatur ualet parturientib9 ſi bibatur ut ci
tius liberetur. Valet au(tem) contra magorum pre
ſtigia fugat inſuper ſerpentes. Unde aquila
ponit in nido ſuo. dicit tamen Sergius q(uod) aq(ui)la
tanti caloris eſt q(uod) oua ſua cubans decoqueret
niſi Gagatem lapidem frigidiſſimuz nido ad
biberet. Eſt ibi preterea Erbites qui facillime
igne uicino accenditur. hunc ſimiliter aquila
collocat in nido ſuo. Sunt autem bini maſcul(us)
et femina. proſunt autem non ſolum aquile
ad pariendum oua ſed pregnantibus alligati

celeritatem :-

celeritatem efficiunt pariendi. Iacintus lapis eſt
granatus ore purpureo. nec poteſt ſcindi niſi frag-
mentis adamantinis. in ore poſitus frigidior ex
trahitur / confortat hoiem / triſtitiam et uanas et
ſuſpitiones tollit. Ligurius ex urina liricis pro
creatur huius colorem quaſi Eleocri / trahit ad ſe
paleas ſi fuerit confricatus intenſe ualet et contra
dolorem ſtomaci et contra uentris perturbationem.
A Lectorius lapis eſt criſtalo uel aque limpide ſilis
in iecore Gallinacij repitur ſi caſtratus fuerit
poſtquam tribus annis uixerit / nunquam autem excedit
fabe quantitatem. Poſtquam autem dictus lapis in eo
fuerit nunquam poſtea bibit. hic lapis in ore ſuo
poſitus ſitim penitus extinguit. ualet etiam
frigidis qui coyre non poſſunt. Celidonius la
pis eſt modicus / qui in irondine reperitur. eſt
autem niger et quando ruffus. ualet autem con
tra inſaniam / et contra lunaticam paſſionem
et contra febres et contra humores noxios aqua
ablutus infirmis oculis prodeſt. Criſolitus auro
micat et uelut ignis ſintillat / medium habens
colorem inter ceruleum et uiridem. Repperitur
autem in Ethiopia / et multum ualet contra noctium
fantaſinata. Ibidem etiam repperitur criſopatius
qui de nocte lucet / de die uero obſcurior eſt.
B erillus in India repperitur conſpicuus oleo uel
aquis marinis ſimilis eſt in colore. aqua ablu
tionis eius ualet infirmis oculis. prodeſt etiam

contra temptationes et ſuſpiria et contra epatis dolorem. Sardis autem et honichinus lapides ſunt pretioſi, quos in rationali ante pectus sacerdotis dnus cum alijs decem ferri precepit margaritas. Sardis rubee terre ſimilis est. honichinus aut unguis hois ht ſimilitudie Reppitur autem in flumine paradiſi qui fiſon nominatur. ht autem ruborem candore pmixtum. Sunt inſuper alie gemarum ſpeties in partibus orientis, ad comendatioem autem diuine potentie ut confiteantur dno opa eius. hec predicta de lapidibus pretioſis ſufficiant.

Capitulum LXXXº. de mirabilibus hominibus et de ſcriptura Didimi ad Alexandrum.

Sunt preterea in ptibus orientis quidã hoies ab h omnibus alijs nationibus mondi ualde diſſimiles. Sunt ibi amazones egregie in armis mulieres iuxta mõtes caspios in inſula undiqz fluuio clauſa comorantes. Sunt autem pluſqȝ ducenta milia predictarum mulierum abſqȝ uirorum conſortio, ſeorſum in predicta inſula hitantium, oms autem tenentes gladiũ et ad bella doctiſſime quando uictrices cum regina ſua reuertuntur a prelijs a uiris ſuis qui extra inſulam per ſe comorantur adorantur Semel autem in anno tranſeuntes ad maritos

ſuos poſtq̄ reuerſe fuerint. ſi maſculos conce-
perint ipos per ſex annos nutriunt / et poſtea
patri ſuo tranſimttut. ſi uero feminam pepe-
rerint ipam ſecum reſeruantes cuſtodiunt.
ſicut enim in quibuſdam uolucribus femine
ferotiores ſunt q̄ maſculi. Ita predicte amazoes
fortiores ſunt uiris ſuis: quibus ad bella pro-
cedentibus mariti ſui domui remanentes quie-
ſcunt. Et quoniam ex frequenti uſu libidinis
multi ſps conſumuntur: quanto rarius coe-
unt / tanto prefate uirgines fortiores ſunt
et magis idonee ad pugnandum. Sunt alij
hoies quos oxidraces ſeu gīnoſiſiſtas appel-
lant. i. nudos ſapientes. in nuditate / pauper-
tate et humilitate ambulant / contempta
falaci et tranſitoria mundi huius uanitate.
In tugurijs et ſpeluncis hītantes non hn̄tes
caſalia uel ciuitates: nulli autē nocent / nec
armis contra aliquem ſe deffendunt / filij at
eorum et uxores ſeorſum hītant cum aialib9
que ad uitam ſuſtentandam nutriunt. hos
hoies cum Alexander macedo repperiſſet ual-
de miratus ait illis petite a me quod uultis
et dabo uobis. qui reſponderunt da nobis īmor-
talitatem quam ſuper omia deſideramus et
alias enim diuitias non curamus. Quibus
Alexander. mortalis cum ſim quomodo et
uobis īmortalitatem dare poſſem? Cui illi

de eis . s . Ambros opuſculum compoſuit .

Si mortalem te cognoſcis quare tot mala faciendo
diſcurris ? Sunt alij homines ualde mirabiles
ultra Gangem fluuium hitantes quos Bra-
manos appellant . quorum religiones et moes
et ritus et exempla ex ſubſequentibus que pdcto
Alexandro reſcribendo dixerunt plenius agno
ſcere pot diligens lector . Scripſit enim Rex
eorum Didimus Bragmanorum Didaſchalus
Alexandro Regi gaudium . Cognoſcimus per
tuas litteras q desideras ſcire quid ſit pfecta
ſapientia . vnum tamen ex hoc cognouimus
te multum ſapientem eſſe / et ualde laudamus
q deſideras ſcire pfectam ſapientiam quod e
melius eſt omni regno . Quia imperator qui
neſcit ſapientiam non dnatur ſubiectis ſuis
ſed dnatur illi ſubiecti . Tamen impoſſibile
nobis uidetur ut uos poſſitis tenere uitam et
mores nros quia nra doctrina multum ſepe
rata eſt a vra . Nam nec deos colimus ſicut
uos colitis / nec uitam quam uos tenetis nos
tenemus . voluiſſem autem a te petere ueniam
deniq pro hac cauſa . vnde uos rogaſti ſuper
omnia quia nihil prodeſt ſi ſcripſerimus de
uita et conſuetudine nra . Tempus enim no
habes ad legendum eo q occupatus es in cais
bellorum . Sz ne dicas q per inuidiam hoc
faciam / quantumcumq poſſum de hac re ſcribe
unde uos rogando mandaſti ſcribam . Nos

enim Brāmani ſimplicem et puram uitam du-
cimus. nulla peccata facimus / et nolumus plꝰ
hr̄e niſi quantum ratio nature nr̄e exigit. oīa
patimur et ſubſtinemus. illud dicimus eſſe ne-
ceſſarium / qd non eſt ſupfluum apud nos
illicitum eſt arare / campum comouere: terrā
ſeminare / et boues ad currum iungere / et retia
in mare mittē ad capiendum piſces. aut aliq̄s
uenationes facere / ſiue de quatrupedibus terē
ſiue de altitibus celi. abundanter enim annonā
habemus. nullam aliam ānonam querimus
ad manducandū niſi quam mater nr̄a terra
producit ſine hoīs labore. de talibus cibis im-
plemus menſas nr̄as / qui nobis non nocent.
et de ipīs cibis non multum implemus uentrē
nr̄m quia illicita eſt apud nos extenſio uētris
proinde ſumus ſine aliqua egritudine. et diu
uiuimus et q̄ diu uiuimus ſemp ſanitatem
hēmus. nullam medicinam nobis facimus.
nullum adiutorium querimus pro ſalute cor-
porum nr̄orum. uno termino mortis uita nr̄a
finitur: quia non uiuit unus plus alio. Sed
ſecundum ordinem natiuitatis uni cuique ter-
minus mortis ſuccedit / nullus autem de nobꝰ
ad fochum ſedet pro frigore. nullum frigus
aliquando corpora nr̄a ſentiunt. et ſtamus
nudo corpore ſemper contra uentum. deſideriā
corporis nr̄i non facimus oīa per patientiam

ſupportamus. Tu autem imperator omnia iſta uince. Et ſi iſtos inimicos quos intra corpus habes uiceris, iam fortior inimicis hr̄i potis. propter hanc cauſam pugnas cum inimicis quos foris habes. ut iſtos inimicos nutrias quos intus portas. Nos autem Bragmani omnes inimicos quos in corde nostro habuimus occiſos habemus. Etiam inimicos quos foris habemus non timemus: nec adiutorium ab aliquo contra illos querimus: nec de mari nec de terra, ſed ſecuri ſemper et ſine aliquo timore uiuimus. Corpora nostra cohoperta habemus de frondibus arborum, et fructus earum manducamus. Lac comedimus, et aquam de fluuio bibimus. Laudes domino ſemper cantamus et deſideramus uitam futuri ſeculi, et non deſideramus ullam audire cauſam que ad utilitatem non pertinet, et non loquimur multum ſed cum fuerimus alocuti non dicimus niſi ueritatem, et ſtatim tacemus. diuitias non amamus. Eſt enim inſatiabilis cauſa cupiditas que ſolet ad paupertatem deducere homines cum non poſſint acquirendi finem facere. Inter nos nulla inuidia eſt, nullus inter nos fortior eſt uel potentior altero. paupertatem habemus, et per eam diuites ſumus, quia omnes illam comunem habemus. Lites non facimus. non aprehendimus arma. pacem

habemus per conſuetudinem et non per uirtutem.
Iudicia non habemus / quia non facimus unde
ad iudicium ire debeamus. una lex eſt contrariam
nostre nature quia [maternam] nullam facimus unde debea-
mus ire ad miſericordiam. Culpas alicui non
dimittimus / ut per eas deus remittat peccata
nostra / nec damus diuitias nostras pro peccatis nostris
ſicut uos facitis. nullum laborem facimus / qui
ad auaritiam pertineat / membra noſtra libidini
non tradimus / adulteria nulla committimus / nec
aliquod uitium facimus / ut ad penitentiam uenire
debeamus ſicut uos qui de malo quod facitis quando
penitentiam inde agitis / ſic loquimini contra
uos de ipſo malo quod facitis / ſicut contra inimicos
ſolitis loqui / de factis nihil querimus / quia omnes
rectum facimus. Subitam mortem non patimur
quia per ſordida facta ipſum aerem non corrumpimus
nullum ueſtimentum in uarios colores tingimus.
Femine nostre non ornantur ut placeant. etiam
illud ornamentum pro pondere reputamus / illis
que uolunt pulcre eſſe pro ornamentis / ſed et
tantum in ea natura qua nate ſunt / Nam
quis poteſt opus nature mutare. Quod ſi ali-
quis illud mutare uoluerit / quaſi non ſit
recte factum criminoſum eſt. Balnea non fa-
cimus nec aliquam calidam ut corpora nostra
lauentur. Sol enim nobis calorem dat / et de
rore infundimur / nullam cogitationem ſuperhemus

non dñamur ſup hoies quia nri ſunt ſimiles.
Alioquin crudelitas eſt premere hominem ad
ſeruiendum / quem nobis ipa natura fratrem
dedit / et qui eſt creatus ab uno patre celeſti ſicut
et nos ſumus. petras non reſoluimus in calcem
ut faciamus nobis domos ad habitandum. nec
uaſcula, nec de terra facimus. In foſſis aute ſpe
luncis montium hitamus / ubi nullus ſonus ue
torum auditur / et ubi nullam pluuiam time
mus / in terra dormimus abſq; ſolicitudine. nos
enim tales domos habemus in quibus dum uiui
mus hitamus et dum morimur habemus illas
pro ſepulcris. ad negociandu p mare non na
uigamus ubi multa picula ſubſtinent qui
illud nauigant / et multa miracula cognoſcut
Nos artem non diſcimus ut bene loquamur /
pro ſimplicitate omnia dicimus que nim q
pmittit mentiri. Scolas philoſophoz non fre
quentamus. In quorum doctrina diſcordia et
nil certum atq; ſtabile ſed ſemp mendacia / ſed
illas frequentamus in quibus uitam diſcimus
et que demonſtrant nobis hoc quod in ſcripturis
oſtenditur et non docens nos aliquos opprime
ſed ſecundum naturam et iuſtitiam alios nos
iuuare docent et non diſcimus eis aliquam
cauſam / que nobis aliquam triſtitiam faciat.
Ludos nullos amamus. Si autem uolumus ſcire
aliqua / que ad ludum pertinent legimus facta

113

predeceſſorum uroz et ira. et cum deberemus ex
inde ridere plangimus. Tamen uidemus alia in
quibus admiramur et delectamur hoc eſt celum
optime ex Stellis reſplendere ſolem rubicundum
in curſu ſuo et radios eius illuminare totum mo-
dum. uidemus mare ſemper purpureum eſſe.
Et quando illic tempeſtas ſurrexerit non diſſi-
pat uicinam terram ſicut in uris partibus fac
ſed complectitur eam quaſi uel ſicut ſororē ſuā.
Ibi uidemus quotidie diuerſa genera piſcium
et ſaldum dare et ludere delphinos Etiam de-
lectamur uidere florentes campos de quibus
naribus nris ſuauiſſimus odor aſcendit. et de
optimis locis beluarum et fontium ubi audi-
mus cantilenas auium hanc conſuetudinem
habet imperator quam ſi tenere uolueris credi-
mus quoniam tibi durum eſſe uidebitur et uo-
lueris eam tenere culpa nra non eſt quia de qb9
uos rogaſti et mandaſti has lras tibi ſcriptum
dirigimus Sed tamen ſi placet dicemus aliquā-
tulum de nrā doctrina propter quam nrā tibi i
dura eſſe uidetur. Vos paccoli atq; heremi flu-
uios ſplendido auro currentes abſq; colore et
pauperes reddidiſtis. Vos Nilum fluuium a
ſuo curſu bibendo minuiſtis. Vos monſtraſtis
ut horribile occeanum nauiget homo. Vos tar-
tareum cuſtodem .i. cerberum ſopiri poſſe p̄cio
confirmaſtis. Vos omnia manducantes nulluz

ieiunium portatis. vos in ſacrificio filios uros int
ficitis. vos facitis adulterare matres uras. vos
mittitis diſcordias inter reges: qui ſunt natura
humiles per uos etiam ſuperbi facti ſunt. vos
ſuadetis hominibus nequaq ſufficere eis ſpatia
terrarum / ſed celi habitacula querere / pparatis
atqʒ prouocatis / vos etiam puros deos multa
mala committis / ſicut illi fecerunt / nam teſtio
nium poteſtis accipere a Ioue deo uro / et a pro
ſerpina dea ura quam colitis quia ille multas
feminas adulterauit: et illa multos hoies combu
rere fecit. vos homines non dimittitis in ſua li
bertate uiuere ſi ſeruos illos hetis. vos non iu
dicatis recta iudicia. vos facitis mutare legem
Iudicibus. vos multa dicitis que debent fieri
et non ſunt. vos non tenetis alium ſapientem
niſi illum qui habet facundiam loquendi. oēʒ
ſenſum urm in lingua habetis / et tota ura ſapia
in uro ore conſiſtit. Et q̄uix potatem habetis in
lingua ura multa loquendi / tamen multo t
meliores ſunt qui ſciunt tacere. vos argentū
et aurum colitis / et deſideratis habere maximas
domos / et multos ſeruos. Et tamen tantum ma
ducatis et bibitis quantum alius homo mandu
cat et bibit. omnia tenetis et ſuper illas diuitias
dominamini quas habetis. Sʒ ſola ſapientia
Bragmanorum uos uincit in omnibus / quia
ſic nos conſideramus / Illa mater genuit nos / que

et lapides. Vos autem ornatis ſepulchra ueſtra
et in uaſis gemarum cineres corporum ueſtroꝝ
reponitis. Quid enim peius eſſe poteſt/ q̄ꝫ ꝙ oſſa
quę terra recipere debet uos incenditis/ et delecta-
bilem uobis miſeri ſepulturam conſtruitis/ et nō
ſinitis/ ut in ſinu ſuo recipiat terra quos genuit/
diſcant hoīes quale meritum ur̄is amatoribus
poſt mortem redditis. Nos in honore deoꝝ pecu-
des non occidimus/ nec templum facimus ubi ſta-
tuam auream uel argenteam ponamus/ cuiuſqꝫ
dei ſicut uos facitis/ nec altaria de auro/ et gemis
facimus. Vos autem talem legem habetis/ ꝙ ut
de omnibus bonis ur̄is honoretis deos ueſtros.
ut uos exaudire debeant. Vos non intelligitis
quia deus/ nec pro pretio nec pro ſanguine uituli
nec ſanguine hyrci/ aut arietis exaudit aliquē
hominem/ niſi ꝑ bona opera quę deus diligit et
per uerba orōnis/ exaudit hoīem orantem. quia
in uerbo tantum mō homo ſilis eſt deo/ quia
deus uerbum eſt. Et uerbum iſtud mundum
creauit. Et propter hoc uerbum uiuunt ħ omīa
Nos autem hoc uerbum colimus/ hoc adoramus
hoc amam⁹. Nam deus ſpiritus et uiuens eſt. Ideo
non amat niſi mundam mentem. Quapropt̄
nimium inſcipientes uos eſſe dicimus: quia te-
netis ꝙ natura ur̄a celeſtis ſit/ et ꝙ hēat comodi-
tatem. Vos autem ſordidatis illam de adulterio
et fornicatione et ſeruitute idolorum. Vos iſtas

cauſas amatis. iſtas ſemper facitis quas cū facitis
quouſq; uiuitis mondi non eſtis. Et propter mortē
exinde tormenta ſubſtinebitis. Vos enim ſperatis
deum habere propitium pro carne et ſanguine lem
quem ei offeritis. vos enim non ſeruitis uni deo
qui ſolus regnat in celo. Sed multis diis ſeruitis.
vos tot deos colitis quot membra hētis in corpore.
Nam hoīem dicitis eſſe mundum paruum. Et
ſicut corpus hominis multa membra habet. Ita
dicitis diuerſos deos in celo conſiſtere et unicuiq;
partes uri corporis attribuitis et proprias ſinglas
uictimas occiditis et nomina illis exquiſitis do
natis affirmantes mineruam pro eo q fuit in
uentrix multorum operum natam fuiſſe de capite
Iouis et tenere ſapiām. proinde dicitis ea tenere
ſummitatem capitis. Iouem pro eo q fuit iracūdꝰ
dicitis eſſe deum cordis martem quia fuit preſes
bellorum dicitis eſſe deum pectoris. Mercuriū
quia multum loquitur dicitis eſſe deum lingue
herculem pro eo q duodecim uirtutes mirabiles
fecit dicitis deum eſſe brachiorum. Bacchum
qui fuit ebrietatis inuentor dicitis eſſe deum
gutturis et ſic ſtare ſuper guttur hominis ſicut
ſi ſtetiſſet ſupra cellam uino plenam. Cupidi
nem quia fuit fornicator dicitis tenē faculā
ardentem in manibus cum qua accendit libidinē
proinde dicitis eum eſſe deum Ieccoris ubi hītat
maxima pars ignis corporis. Cererem quia fuit

frumenti inuentrix dicitis deam eſſe uentris.
Venerem quia fuit mater luxurie dicitis deam
eſſe membrorum genitalium. Totum eniꝫ cōpꝰ
hoīs diuiditis inter deos. Nullam partem cor-
poris uṝi / uṝe potātī relinquitis. Et non tenetis
q̄ corpora uṝa unus deus qui eſt in celis creauit.
Exinde tamen nullam grām uobis reddunt ipi
dei uṝi ſicut liberis / ſed ut colonis et ſubiectis
imponunt uobis tributa atq̄ aliis alia tributa
a uobis offeruntur. Marti deniq̄ offertis aprū.
Baccho hyrcum. Iunoni pauonem. Ioui macta-
tis taurum. Apolini agnum occiditis Veneri ł
imolatis columbas ł. Minerue occiditis.
C ereri far ſacrificatis. Mercurio mella ſoluitis.
Altaria herculis coronatis frondibꝫ arboris ppli.
Templum cupidinis roſis ornatis. Et ſi neceſſitas
uobis euenerit non uolunt ſacrificium comune
neq̄ templa coīa. Sed unuſ quiſq̄ deus propriū
ſibi premium datum aſſequitur. Vnuſ quiſq̄
autem deus de his quos colitis ſiue auem ſiue ł
frumenta ſiue quadrupedē ſiue qualem cūq̄ aliā
cām conſecratam habet. In his eſt illoꝝ potās
non in corpore uṝo qui non habet potatem niſi
in aīalibus que illis offeruntur. Certe digna tor-
menta ſubſtinebitis poſt mortem propter uṝos
errores. Re uera enim non rogatis adiutores
deos ſed carnifices / quia membra uṝa p diuer-
ſa tormenta diuident. Neceſſe eſt enim tot

tormentā ſubſtinere corpora ura quot deos di-
citis hre potatē in corporibus uris. Vnus deus
facit fornicari: alius bibere. alius litigare et
oms uobis imperant / et uos omnibus ſeruitis
omnes colitis / et miſerum corpus urm debet
deficere propter tot ſeruitia quę facitis: et
quia non uultis ceſſare a malis. Ideo ſuitis
talibus dys ſine cauſa enim ſeruitutis tali
bus dys qui uobis imperant omnia mala fa-
cere. Si uero exaudierint uos dy uri cum eos
rogatis damna faciunt in conſcientia ura. Si
uero non exaudierint erunt contrary deſi-
derijs ueſtris / quia uos de alia cā non roga-
tis deos ipos niſi de malo. Ergo ſiue exaudie
rint / ſiue non exaudierint uobis ſemper
nocent. hę ſunt deę urę que dicuntur fu-
rię. quę peccata hoīum poſt mortem per fu-
rorem iudicant / hec ſūt illa tormenta que
uobis doctores uri dixerunt / quę uos ue-
lut mortuos iam in iſto ſeculo cruciant / et
enim ſi bene uolueritis conſiderare ne peiorē
cauſam poteſt quis ſubſtinere quam modo
ſubſtinetis / et quanta ſimulatici doctores uri
dicunt eſſe apud inferos / Vos eſtis / pene ſunt
plurime in inferno. et uos modo penas pati-
mini quando uigilatis propter cōmittenda
adulteria. fornicationes et furta. dicunt aūt
tantum malum eſſe in inferno q̄ ſemp faciat

et nunq̄ ſaciantur. et uos tantam cupiditatē
hētis acquirendi diuitias ut nullo tempore
ſaciemini. dicunt cerberum eſſe in inferno q̄
h̄t tria capita / et uenter ueſter ſi conſpiciatis
ſic eſt q̄omodo cerberus ꝓpter multam come-
ſtionem et bibitionem. Similiter dicunt ꝙ
ſit Serpens in Inferno qui uocatur Idra. Et
uos propter multa uitia que per ſaturitatē
uentris hētis. Idra dici poteſtis. Et omnia alia
que doctores uri dicunt eſſe in inferno ſi con-
ſiderare uultis propter mala ura uos eſtis.
heu uos miſeri qui talem fidem tenetis unde
poſt mortem multa tormta ſubſtinere debe-
tis. Et rurſus in ſecunda epla. Inter alia ſic
dicit. nos non ſumus hitatores huius ſeculi
quaſi ſemper hic eſſe debeamus ſꝫ ſumus pe-
regrini in iſto mundo quia morimur et per-
gimus ad domos patrum nrorum. non grauat
nos peccata nra. nec manem' in tabernaculis
peccatorū. nullum furtum facimus et pro no-
ſtra conſcientia quam habemus in publicū
non eximus. Deus autem qui omīa creauit
in mundo uarias operatus eſt cauſas / quia
non poterat conſtare mūdus niſi per diuer-
ſitatem multaꝝ rerum / et dedit arbitrium
homini ad diſcernendum de omnibus que in
mundo ſunt. Quicumqꝫ ergo dimiſerit peiorā
et ſecutus fuerit meliora / non eſt iam deus

ſed amicus dei. Nos enim quia ſancte et conti
nenter uiuimus ideo dicitis quia aut deos nos
facimus aut contra deos inuidiam habemus.
Iſta ſuſpitio quam de nobis habetis ad uos per
tinet. Nam cum tantum inflati eſtis de proſpe
ritate quam habetis ponitis ſupra uos glorioſum
ornatum mittitis in digitis uestris aurum ſicut
femine faciunt. Unde ſciatis quod de hac cauſa
unde ſperatis uos eſſe maiores nil uobis pro
deſt ad uestram humilitatem de auro autem non
fiunt bone anime nec beate. nec corpora huma
na exinde ſatiantur ſed magis de hac cauſa
uiciantur. Nos autem qui nostram humilitatem
cognoſcimus et ſcimus ipsam naturam auri et
quando ſitimus imus ad fluuium ut bibamus
aquam. Ipsum autem aurum conculcamus pe
dibus. aurum enim non tolit famen neque ſitim
Si ſitierit homo et biberit aquam tollitur ſitis
eius. Similiter ſi exurierit et comederit tollitur
fames eius. Si ergo de eadem natura aurum
eſſet ut cum acciperet eum homo ceſſaret cu
piditas illius. Sed ideo malum eſt aurum quia
cum incipit homo illud habere plus augetur
cupiditas illius. quicumque eſt malus homo
honoratur et colitur a uobis. quia omnis homo
cum tali homine delectationem habet qualis ipſe eſt.
Uos enim dicitis ut non curet deus mortalia
edificatis uobis templa ſtatuitis altaria et

delectamini :~

delectamini quando occiduntur ibi peccora. et
nomen ueſtrum nominatur. hoc factum eſt
patri tuo / hoc auo tuo. cunctisq parentibus / hoc
etiam et tibi promittitur. vos autem nobis q
recta uidemus multis adducere tenebras. ceci
tatiſ ueſtre et non dimittitis nos ut plangamus
de miſerijs uris. Non tantum beneficium preſtat
homo homini pdito q ſi eum plangit / Ex his
patet q religioſe et ſecundum legem nature uixiſ
ſent iſti Bragmani. qui nec legem moyſaicam
nec legem euangelicam audierant / ſi ſe pecca
tores humiliter agnouiſſent. Quod dixit appls ..
Si dixerimus q peccatum non habemus / nos ipos
ſeducimus et ueritas in nobis non eſt. A quam
uere dei humilitatis de fonte paradiſi emanātem
in libris gentilium non repperimus. Sūt pre
terea in ptibus ſupradictis / qui amore alterius
uite in ignem ſe mittere non formidant. Sūt
alij qui parentes proprios nimium confectos
etate. mactare et carnes eorum ad epulandum
preparare īmenſam reputant pietatem et
magnam religionem. hos autem qui hoc facere
renuunt tanq impios et irreligioſos deteſtantur.
Sunt ibi alij homines magni uelut Gigantes
ut Elephantes facillime tranſiliant. Sunt alij
adeo parui ut cubitum longitudinis uix ex
cedant. Sunt matres que ſemel parientes
canos partus proferant / qui tam diu uiuentes

in ſenectute nigreſcunt / non niſi octo annis
tantum uiuere poſſunt. Sunt alii qui crudos
piſces manducant / et ip̄m mare ſalſum bibūt
Sunt alij qui aduerſas manus habent. et in
pedibus octo digitos habent. Alij plantas pe
dum habent tranſpoītas. Alij canina capi
ta hn̄tes / et ungues adunchas / pellibꝫ pecudū
induti / pro uoce / canum latratus proferunt.
Alij ita os paruum hn̄t ꝙ gracili calamo nō
niſi ſorbilia comedunt. Alij carnibus hu
manis ueſcuntur. hominum autem ueſtigia
tandiu olfatu ꝑcipiunt quouſqꝫ aliquam
aquam hoīes quos inſecuntur tranſierīt. St
ibi monoculi qui arimaſpi et ciclopes appel
lantur. Sunt qui unū tantum pedē hn̄tes
et uelociſſime currunt. hn̄t autem tantam
pedis latitudinem ꝙ eius planta contra ſolis
feruorem umbram ſpatioſam ſibi faciunt
et quaſi in domo ſub planta pedis requieſcūt
Sunt alij abſqꝫ capitibus oculos in humeris
hn̄tes. pro naſo autem et ore duo habent fo
ramina in pectore Setis horridi ſunt ad mōm
beluarum. Sunt qui ſolo odore cuiuſdam
pomi uiuunt / quos ſi longe ire contigeret
ip̄m pomū ſecum defferunt aliter enim mo
rerentur ſi prauū odorem ſentirent. Sunt
alij hoīes ſilueſtres ſex manus ꝑ ſingulos ha
bentes. Sunt ibi preterea mulieres ſpecioſe

ualde / in flumine hitantes calido. hntes hor-
tidas ueſtes armis eo q ferrum non habent
utentes. in quibuſdam uo ſiluis in die hitant
Mulieres barbas uſq ad mamillas habentes
pellibus aialium indute / nec uiuunt niſi de
uenatione. Sunt ibi preterea uiri et mulieres
nudi incedentes. corpus piloſum ſicut beſtie
habentes / eque in flumine ut in terra hitantes.
Quando autem extraneos hoies ſupuenire in-
ſpiciunt ſubmerſi in flumine non apparent.
Sunt ibi hoies agreſtes magni ualde et piloſi
ſicut porci / et ſicut fere mugientes. Sunt ibi
quedam mulieres in flumine ualde ſpecioſe
excepto q dentes habent caninos. albe autem
ſunt ſicut nix. In quibuſdam montibus in die
hitant pigmei duorum cubitorum hoies. quibus
bellum eſt contra grues / qui tercio anno pariunt
octauo ſeneſcunt.

Capitulum lxxxxi. Comparatio mirabilium orientalis regionis ad ea que fiunt in aliis locis

Hec predicta que ptim ex hiſtoriis orietalium / et mappamondi! partim ex ſcriptis Beati Auguſtini / et Iſidori. Ex libris etiam plinii et Sollini preter hiſtorie huius ſeriem / huic operi adiunximus / ſi forte alicui incredibilia uideantur. nos neminem compellimus ad credendum / unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Ea autem credere que contra fidem

non ſunt uel bonos mores nullum periculum exiſtimamus. Scimus enim quod omnia dei opera mirabilia ſunt. Licet per uſum et conſuetudinem hi qui ea frequenter intuentur, nulla admiratione mouentur. magnitudinem operum conſuetudo ſubducit. Ciclopes enim qui omnes monoculi ſunt. non minus forſan hos qui duos oculos habent admirantur, quam nos ipsos aut alios qui tres oculos haberent admiraremur. Sicut autem Pigmeos pro nanis habemus. Ita ipsi nos gigantes reputarent ſi ex nostris aliquos inter ipsos aſpicerent. in terra autem Gigantum qui maior eſt uel maximus inter nos, nanus reputaretur ab ipsis. Hos autem nigros ethiopes turpes reputamus. Inter ipsos autem qui nigrior eſt pulcrior reputatur ab ipsis. Multa autem in regionibus nostris non admiramur, que populus orientalis ſi audiret uel non crederet uel mira reputaret. In quibusdam partibus flandrie aues ex arboribus procreantur. Roſtris arboribus infixis dependentes. Poſtquam autem tempus maturitatis aduenerit ex ramis tamen decidunt. Et ſicut alie aues uolare incipiunt. Carnes autem earum in quadrageſima manducantur. nec aliqua admiratione tenentur qui talia frequenter conſueuerunt. In inſula thanatos in partibus hybernie numquam ſerpentes inuenire poſſunt. Cuius terra ad quaſcumque regiones deſſeratur ſerpentes necat. In inſula ſardinie nec

ſerpentes nec lupi procreantur. In inſula Thile
numquam arbores folia deponunt. In qua ſex menſibus
eſtus ſemper eſt dies ſex autem menſibus hyema
libus nocte continua obſcurantur. In inſula etiam
Sicilie mons ethna continuus et ſulfureis extuat
incendiis. In uicino autem mari eſt Sila et caribdis.
unde dicitur quidam Incidit in Silam cupiens
uitare caribdim. In hybernia quidam locus habetur
qui purgatorium ſancti patritii nuncupatur. Si
quis ingreſſus fuerit niſi uere penitens et contritus
fuerit ſtatim a demonibus rapitur et neccatus
numquam poſtea reuertitur. Qui autem contritus
et confeſſus ingreditur p ignem et aquam et mille
genera tormentorum a demonibus correptus ibidem
purgatur. Qui uero amplius deliquerit acerbius
in eodem loco punitur. Qui a predicto loco pur
gatus reuertitur numquam deinceps ridere poteſt
uel ludere, uel aliqua que in mundo ſunt dili
gere. Sed ſemper lugens et gemens preteritorum oblitus
in interiora ſe extendit. In minori Britania
fons quidam eſſe refertur, cuius aqua ſuper pro
pinquum lapidem proiecta pluuias et tonitrua
prouocare dicitur. In maiori Britania etiam qui
dam homines fuerunt caudati. In francia quidam
cornuti alios etiam uidemus ut canes latratus
latratus emittentes. In Lombardia cum buffonibus
in fronte naſcuntur pueri. Si quis autem abſque
buffone naſcatur mater eius tamquam adultera et

al' de hoc habetur a quibuſdam
qui in ipſum locum intraſſe ſe
aſſerunt.

115

que ab alienigeno conceperit reputatur a marito ſuo. In quibuſdam regionibus et maxime in extremis Brugundie partibus circa alpes q̃dã ſunt mulieres guttur magnum uſq; ad uentrẽ protenſum / tanq̃ amphoram ſeu cucurbitam amplam habentes. Quidam autem tantam in dorſis habent ſtrumam / q̄ quicq̄d in augumtũ corporis cedere debet cibus abſorbet. Et propt̃ hoc parui ſunt uelut nani. hec p̄dcta b[ ]i homĩes apud quos frequenter talia contingunt non admirantur. Ex mutis et Surdis / muti et ſurdi infantes procreantur. Ex leproſis autem plerũq; leproſi naſcuntur. Non tamen ex cecis ceci / uel ex monoculis monoculi / ex mutilatis naſcunt̃ mutilati. Septimo uel nono menſe puer editus non moritur. Octauo menſe natus nequaq̃ uiuere poteſt. In partibus occidentis quidem Siluestres hoĩes in Siluis capti ſunt / qui poſtq̃ int̃ hoĩes ueniebant manducare renuentes moriebantur uel euadebant. Quidam etiam hermofroditi ſeu gemini ſexus in partibus francie a multis uiſi fuere. Comani carnes crudas comedunt / et ſanguinem equinum bibunt. Nõ ſolũ autem in hominibus / ſed in brutis aĩalibus inanimatis q; rebus / quedam mirabilia fiunt que tamen ex uſu et frequentia hoĩes non admirantur. Vulpecula ut uolucres capiat reſupina protenditur / et quaſi mortua et ſine hanhelitu

hoc etiam in Italia inuentum eſſe aſſeritur.

se simulat. Formica granum frumenti ne germinet in terra per medium secat. Ceruus ut renouetur, de Cauerna Serpentem extrahit quo deuorato fontem urgente ueneno sitiens petit. Postquam aquas biberit recuperat iuuentutem. cerui autem aquas natando transeuntes cornua ponderosa clunibus suis inuicem substentare dicunt. Postquam autem primus laxus fuerit. loco eius ultimus succedit. Araneas de uisceribus suis ut muscas capiat subtilia retia facit. Lupus si prius hominem uideat quam ab homine uideatur homo raucescit. dicitur autem quod postquam ouem rapuerit in frequentibus pastoribus ouem dentibus non ledit sed supra dorsum suum suauiter eam iacere permittit. ne forte ouis sentiens lesionem dum se ipsam moueret fugam Lupi retardaret. Simia si duos fetus parturit unum odio habens (alterum enim diligit) illum quem amat inter brachia portat. Alter quem odio habet collo eius uel dorso aderet. Canes soli nomina sua cognoscunt. dominos suos tenerrime diligunt et pro eis morti se exponunt. corpora dominorum mortuorum suorum nulla fame compellente non derelinquunt. Quamuis autem libenter dormirent hospicia domini sui nocte uigilantes custodiunt. Musio seu murilegus tam acute cernit. ut fulgore luminis superet tenebras noctis. Mustella Serpentes et mures persequitur. Ingenio autem

calida . in domibus ubi fetus nutrit transferendo
frequenter locum mutat ne reperiantur . hiricius
talis eſt prudentie dum abſcidit uuas de uite
uel poma de arbore ſuper ea ſeſe uolutans aculeis
adherentia ſecum defert . qui dum aliquid per
ſenſerit ſtatim in globum collectus ad arma ſua
ſe conuertit . Agnus talis eſt nature quod matrem
ſuam ſtatim natus inter omnes alias oues bal
lantem cognoſcit . Lupum autem abhorrens li
cet nunquam prius ipsum uiderit ſtatim fugit / qui
tamen uiſo equo uel aliquo alio animali nec fugit
nec timet . Similiter pulli galline abhorrent
miluum eo uiſo . Aquila pullos ſuos unguibus
ſuſpenſos radijs ſolis obicit . quos autem immobi
lem tenere uiderit aciem / tanquam genere dignos
conſeruat et paſcit . Si quos flectere uiderit
obtutum tanquam degeneres abicit . quando autem
ſenecta grauatur in ſublime uolans omnes et
nubes tranſcendit . Ex calore autem ſolis pro
pinqui oculorum eius caligo conſumitur et penne
eius graues aleuiantur . Statimque cum impetu
deſcendens aquis immergitur . et ita iuuentus
eius reddeuatur . Roſtrum autem aduncum petre
allidens ſublato ueteri nouum recuperat . ut cibum
capere poſſit . Turtur quam diu maritus eius uiuit
nunquam ab eo recedit . quo mortuo nunquam alij copulatur
ſed ſolitaria incedens ſiccis arboribus inſidet gemens
et triſtis . Coruus pullos non paſcit / niſi plumis

nigrescentibus proprij coloris similitudine agnoscat
Grues uolant ordine litterato . Que preest agmini
uoce castigat alias ut ordinem non deserant . qua
raucescente alia succedit eidem offitio deputata .
Nocte uero inter se excubias diuidunt . Vnguibus
autem lapillos suspensos tenent quibus somno
lentas arguant si lapides decidant . in senectute
autem nigrescunt . Ciconie dum maria transeunt
cornices duces earum exercituum precedentes habent
Maxima autem illis est circa fetus affectio adeo
ut dum nidos propensius foueant assiduo accu
bitu plumas exuant Serpentibus autem inimi
cantur . Strucio ferrum comedit oua autem
sua fouere negligens in puluerem derelinquit .
Ibi autem puluere fetus creantur . Ardoadus
altius uolans tempestatem significat . Adeo enim
hymbres et procellas formidat quod omnes nubes
uolando transcendit . Monedula si aurum uel
argentum inuenit furatur et abscondit . Pauo cum
inspicitur et laudatur caudam in circulum flectit
et pulcritudinem ostendit . habet autem pedum
deformitatem quos cum respicit caudam deponit .
Pauo uocem etiam habet terribilem incessum simplicem
caput serpentinum pectus saphirinum penas ali
quantulum ruffas caudam longam et oculatam
Ancipitres dum uiderint pullos temptare uolatum
escas eis non defferunt sed pennis eos uerberant
et a nido precipitant atque teneros ad predam compellunt

Vnde cicero pro valerio flacco ut refert ysi. ethi. li. xii. c. v. Non plus tibi aurum quam Monedule committendum .

ne adulti p̄igri fiant. ancipiter ſiluestris dome
ſticas rapit aues et ſtatim deuorat. domeſticus
ſiluestres rapit et dn̄o ſuo reſeruat. Palumbes
genus eſt columbarum que amiſſo corporali
conſorte ſolitaria incedit. Hec quicq̄ uiride
ad requieſcendum querit. nec carnalem copulā
ultra requirit. Columba pullos alienos umbra
ancipitris in aquis proſpicit in alto nidificat
ubi male beſtie attingere non poſſunt. gemitū
hn̄t pro cantu. Morticinio non uiuunt ſed puro
grano felle caret gregatim incedit. nulli roſtº
nocet. huppupa auis eſt ſpurciſſima criſtis
erectis galeata. Semper in ſepulcris uel ſtercori-
bus cōmoratur. Cuius ſanguine quiſq̄ ſe in-
unxerit dormitum uadens demones quaſi ſuf-
focates ſe uidebit. hyrundines lapſura culminā
nunq̄ petierit a diris auibus tanq̄ ſacre infe-
ſtantur hyrundo reſidens non cōmedit ſed eſ-
cas in aere uolando rapit. Cognoſcit autem tp̄s
aduentus ſui. Gallus horas noctis diſcernit p̄us
ſe alis uerberat q̄ cantus emittat. In maiori
nocte maiores et ualidiores cantus format. Perdix
auis eſt iocunda et doloſa alteri oua diripiens
fouet ea. Sed pulli dum proprie matris uocem
audiunt hanc que fouit relinquunt et ad eam
que genuit confugiunt. Si quis ad nidos ſuos
confugerit obuiam ei occurrunt pedum uel
allarum debilitatem ſimulantes et quaſi ſtatī

capi poſſint greſſus fingunt tardiores. Poſtq̄
autem a nidis longius hoīes paulatim et poſt
ſe traxerint tunc aduolant. pulli autem cum ſe
deprendi metuūt glebulas accollentes pedibus
ſub eis latenter ſe abſcondunt. Bubo abſcondit
de die. Querit eſcam de nocte. aues ueretur. nam
omnes eam aues pſequuntur et dilaniant quam
eam repperire et capere poſſunt. Vultur exercat
ſequitur ut mortuorum cadauerib; ſacietur. libent
autem pedibus graditur. unde a quibuſdam
gradipes appellatur. Conturnices eſtate de
pulſa maria tranſmeant: morbum caducum
ſicut hoīes patiuntur. Cignus plumas h̄t can
didas: ſed carnes nigras: dicitur autem quod
citharedis canentib; aduolat et cantum ſuum
ad modum cithare aptat. In rebus etiā inaīatis
multa ſunt que homines ex uſu mira eſſe
non aduertunt. Argentum uiuum tante
uirtutis eſt, q̄ ſi ſupra ipſum ſaxum magnum
ponant, oneri reſiſtit. Aqua frigida calci fri
gide infuſa ipſam calefacere uidetur. Solis
radius album nigreſcere facit ueluti cutem
hoīs, nigrum autem in album conuertit ue
lut panum lineum. Item cetera diſſoluit, et
liquefacere facit, lutum autem indurat et
conſtringit, magnes liqueſcit ad Solem et in
dureſcit ad ignem, Criſtallus licet frigidus
ſit, aqua frigida conſperſus ad Solis radios ex

ſe ignem producit. Similiter fala uel fiola plena
aqua obiecta ſolis radijs ignem pducit ad eſcam.
Aer motus frigeſcit. Terra autem et aqua motus
ſ. aer callefacit. Ignis diuiſus in partes plurimas
non minuitur. flatu hois extinguitur: flatu iterum
accenditur. Flatus hominis frigida calefacit
e contrario etiam flatu hois que calida ſunt
frigida fiunt. Terra cum ſumme ponderoſa ſit
in ſe ſine uaſe uel fundamento ſubſiſtit.

Capitulum. Lxxxxu. de flagellis dei et anguſtijs populi. et amiſſione terre ſancte

Quis enumerare ſufficiat mira et magna
opera dni exquiſita in oms uoluntates
eius que in materia laudis eius et in uſu
neceſſitatis noſtre creauit. Vidit deus omnia
que fecerat et erant ualde bona et nil odit
eorum que fecit. Solum peccatum qd nihil eſt
odit. perſequitur et deſtruit. unde cum ſex die
bus ſolo uerbo cuncta creauit. annis pluſ qm
triginta in mundo ad deſtruendum peccatum
laborauit. hoc ſolum eſt q ei diſplicet. q oculos
ſue maieſtatis offendit. Qe ipm mitem et
ſuauem aſperum reddit. hoc eſt quod de an
gelo diabolum fecit. de amico inimicum. de
libero ſeruum. de incorrupto mortalem et
corruptum. de beato miſerum. de ciue exulem
et eiectum. de filio dei. fecit filium diaboli. hoc
eſt q nunq impunitum relinquit. unde peccatis.

impiorum ho̅iuꝫ exigentibꝫ et criminibꝫ pphanorꝫ
qui terram ſanctam ſceleribus multis modis ⁊
ſordidabant ipm̅ prouocantibus conuerſus e̅
nobis in crudelem qui natura benignus eſt et
ſuauis. Vnde facti ſumus in deriſum uicinis
nr̅is. et inimici nr̅i ſubſanauerunt nos. cithā
noſtra uerſa eſt in luctum et fortitudo nr̅a ⁊
redacta eſt in fauillam. facta eſt quaſi uidua
dnā gentium. Princeps prouintiarum facta eſt
ſub tributo. Adeo concluſit dn̅us in gladio pplꝫ
ſuum et hereditatem ſuam ſpreuit. adeo facti
ſunt inimici noſtri in caput et nos in caudam
q̄ non ſolum terram promiſſionis: ſed omnes
fere regiones, ciuitates: munitiones q̄ꝫ ab introy
tu terre Egipti uſqꝫ meſopotaniam. pluſq̄ꝫ ui
ginti dierum itinere inimici noſtri nobis uio
lenter abſtulerunt. de ciuitatibꝫ quidem mari
timis tantum duas nobis relinquentes Tyrum
ſilicet et Tripolim et inſuper Anthiochiam
cum paucis munitionibꝫ. ſ. caſtrum quod cur
ſatum dicitur iuxta antiochiam. Cractum
et margath. et caſtrum album archis et Turrē
Entheridi et caſtrum nephim in comitatu Tri
politano omnes mediterraneas ciuitates et
munitiones proprie dominio Imperij ſubiece
runt. huius autem aduerſitatis et amare tri
bulationiſ et calamitatis a comitatu Edeſano
in fauſtum ſumpſit exordium. mortuo enim

uiro ſtrenuo et in agendis prouido Iozolino comite
Edeſano . filius iunior Iozolinus a paterna pro
bitate et honeſtate degenerans . ſordibus effluēs
et libidine diſſolutus . Edeſſam ciuitatem ual
de negligenter munitam amiſit relinquens
Sanguinio Muſſule dn̄o . que caput eſt et metro
polis prouintie Aſſur ciuitatem obſidenti quā
effractis menibus uiolenter occupauit . Poſt hec
uero dicto Iozolino diuine iudicio ultionis a
capto a Sarracenis et in carcere Alapie fame
et inedia miſerabili conſumpto et mortuo
uxor eius reſiduam terram quam tenebat im
peratori conſtantinopolitano ſub cenſu annuo
reſignauit . Qui copioſam grecorum tranſmittens
multitudinem ipſam terram contra Sarracenos
ſe defenſurum promiſit . Noradinus autem
predicti Sanguini filius de receſſu latinorum
licet admodum paucorum gaudens . Grecorum
autem imbellem multitudinem quos molles
et effeminatos agnoſcebat paruipendens eodē
anno greculis partim interfectis partim uero a
captiuatis totam terram ſuo ſubegit imperio .
Addit inſuper idem Noradinus caſtrum quod
dicitur arene et ad antiocenum principatum
pertinebat per decem miliaria ab Antiochia di
ſtans obſidere . Et quoniam tunc temporis Ray
mondus princeps Antiocenus interfectus erat
in prelio . filius autem eius Raymondus qui

ei in principatu ſucceſſerat in captiuitate tene-
batur Sarracenorum / ipm caſtrū paucis reſi
ſtentibꝫ facile expugnauit . Paneadem etiam
ciuitatem uiolenter a nr̄is auferens ſue ſubie-
cit dictioni . Rege ierosolomitanoꝝ Almerico tūc
abſente . et circa partes Egipti cōmorante . Ex tūc
cepit noſtrorum deterior fieri conditio . Reſi-
duam tamen terram nr̄i defenderūt quouſqꝫ
regna egipti et damaſchi ſub diuerſis et aduer-
ſis dn̄is pmanſerunt . Poſtq̄ uero peccatis exigē-
tibus p̄dicta duo regna uiribus duplicatis ſub-
uno dn̄o coniuncta ſunt . Regnum ierlēm qđ in
medio eorum conſtitutum eſt pturbari cepit / et
grauius infeſtari . Siracunus ſiquidem unus
ex predicti Noradini Satrapis regnum Egiptum
quod uiolenter occupauerat nepoti ſuo ex fratre
Sahaladino reliquit in morte . hic ſiquidem Sa-
haladinus ingenio aſtutus in armis exercitatus
In agendis prouidus / et feſtinus / liberalis ualde
et munificus non ſolum Siriis ſed etiā quibꝫdā
ex nr̄is quos ſibi muneribus et promiſſionibus
alliciebat / quanta mala nr̄is intulerit / et quaſi
flagellum dn̄i pplm xpianorum triturauerit
totus pene mundus agnouit . Poſtq̄ enim ſicut
ſupius diximus dn̄m ſuum Calipham Egiptiuz
improuiſum occidit filio dn̄i ſui Noradini iam
defuncti qui puer tunc temporis in Allapia mora-
batur regnum abſtulit damaſcenū / pcipius t

regni tirannis partim muneribus et promiſſis ptim metu et uiolentia ad proditionē inclinatis. Addidit preterea predicto dn̄o ſuo cuius ip̄e et pater eius ſerui fuerant opulentiſſimas ulteriores ciuitates. hannam uidelicet et Maubec. Emiſſenam ciuitatem quam uulgariter Camelle appellant et inſuper ceſaream magnam. Mortuo autem pdicto Noradini filio cum in potātem patrui eius dn̄i Muſſule iure hereditario Allapia deueniſſet non ſolum Alapiam uerū etiaʒ comitatum Edeſſanum, et totam terram uſqʒ Eufratem et inſuper meſſopotamie nobiles ciuitates Edeſam Cayram et uniuerſam pene regionem p̄dicto muſſule dn̄o. Ip̄e Sabaladinus abſtulit uiolenter in detrimentuʒ et damnum populi chriſtiani. Eius enim promotio et exaltatio nroꝝ erat formido piculum et deiectio preſertim cum Sarraceni qui a principio cum latini primum terram ſanctam ingreſſi ſunt nudi in prelijs erant et quaſi inhermes cum arcubus tantum ad bella procedebāt uſu exercitio et frequenti congreſſione cum nr̄is rei militaris plenius adepti ſunt diſciplinam. Et more latinorum Loricis Lanceis Galeis. Enſibus. et clipeis uterentur. Ad cumulum autem malorū Regnum Ieroſolomitanum in manus hominis alieni deuenerat qui non erat de ſemine illorum per quos facta eſt ſalus in Iſrael. ob hanc cauſam magne erant

diſcordie:~

diſcordie et diſſenſiones inter regni ıın̄ barones .

Capitulum . Lxxxx^m iii . Cathologus Regum Jeruſalē
et de prelijs eorum .

PRimus ſiquidem latinorum qui Regni Jero
ſolomitani dominium optinuit fuit vir deo
amabilis Gotifredus de bolion uel buillum
per quem deus operatus eſt ſalutem et liberationē
terre ſancte . hic regnum tantum uno anno ſtrenue
gubnauit . Principem autem militie Soldani egip
tiorum cum innumera multitudine in prelio ſupe
rauit . quo uiam uniuerſe carnis ingreſſo frater
eius Balduynus comes Edeſſanus eidem in regno
ſucceſſit . hic primus Rex latinorum Jerolitanus
fuit . Nam frater eius ubi dn̄us ſpinis coronatus
fuerat Regio dyademate coronari ‸ hic ſiquidem noluit
Balduynus principem militie egipty Caliphe qui
ſecum undecim milia equitum et triginta milia pe
ditum adduxerat cum ducentis ſexaginta equitib9
et nongentis peditib9 ſuperauit . Jpſum q3 principē
cum quinq3 milibus ex ſuis interfecit . reliquis ptī
captis . ptim fuga ereptis . In alio etiam bello ma
ximam aſcalonitarum et egiptiorū multitudie3
cum paucis admodum ſupauit . In tertio autem
prelio habens ſecum equites quingentos / peditū
uero duo milia . viginti duo milia peditum Egip
ciorum ſubiugauit in prelio quatuor milibus
ex eis compreſſis aſcalonitarum . Reliquis autē
in fugam conuerſis . Regnauit autem decē octo ānis . xvii

et mortuus eſt. Cui ſucceſſit Rex ſecundus la-
tinorum Ierolitanorum Balduynus de burgo
eius conſanguineus. Qui ſecundo regni ſui
anno cum Septingentis equitibus congreſſus
eſt cum Gazi principe Turchorum / qui multitu
dinem ſecum habens confectus eſt in prelio
ceſis ex ſuis quattuor milibus. multis autem
uinculo mancipatis / cum reliquis fuge preſi
dio uix euaſit. In ſecundo autem prelio regem
damaſſenum ſupauit / hn̄s ſecum mille centū
equites / peditum uero duo millia. hoſtes autem
equitum quīdecim millia huiſſe dicuntur.
Ex quibus duobus milibus interemptis / multis
autem captis / pluribus uero uulneratis / alij
cum principe ſuo terga dederunt. De noſtris
autem uigintiquattuor occiderunt. In tertio
autem bello Rex Aſcalonias / cum egiptijs qui
ad eorum uenerant ſubſidium, in bello proſtra-
uit. In quarto autem conflictu Deldequinum
damaſci regem contriuit in bello duobus milibus
ex hoſtibus interemptis. de nr̄is autem equitibus
uigintiquattuor. de peditibus autem octuginta
xiii occiderunt. Regnauit autem annis tredecim
et mortuus eſt, Cui ſucceſſit in regno Gener
eius fulco comes Andagauenſium et Tor-
nentium. Cui predictus Rex filiam ſuam et
primogenitam Miliſeudem dederat uxorem.
hic cum infinita Turchorum multitudine que

de ſinu pſico obuiuerat circa parteſ antiochenas
congrediens tribus milibus interemptis mltis
autem captiuitate detentis ceteris mortem
fuga euadentibus glorioſum triumphum de
hoſtibus reportauit. Regnauit autem anis
undecim. Dum autem in territorio acconeſi xi.
Leporem agitando cum equo ſuo preceps cor
rueret inprouiſo et lamentabili caſu in fata
deceſſit. Relinquens duos filios. Balduynum
pmogenitum qui illi in regno ſucceſſit et Al
maricum. hic autem Balduynus nono regni
ſui anno quoſdam nobiles turchorum Satra
pas cum uniuerſo exercitu ſuo circa partes Je
roſolomitanas ſuperauit in prelio interfectis
ex eis quinq milib reliquis uero cu ignominia
et confuſione fugientibus. Quinto decimo aut
regni ſui anno cum principe Damaſſi Nora
dino congrediens. fugiente Norandino cum
parte exercitus ſui. reliquis autem interemptis
Rex uictor campum obtinuit. Regnauit
uigintiquattuor annis. Et mortuus eſt ſine xxiiii.
Liberis. Cui ſucceſſit frater eius Almerichus
in regno. hic primo regni ſui anno in ptibus
Egipti cum Darga principe militie Egiptiorum
congrediens facta magna ſtrage hoſtium diui
nitus obtinuit uictoriam. In ſecundo aute plio
habens ſecum trecentos ſeptuaginta milites pu
gnam iniit cum principe ſoldani Damaſſi

Siracuſano circa ſolitudines Egipti. hic autem Sira-
cuſanus habebat in comitatu ſuo duodecim milia
turchorum arabum uero undecim milia. Eo die
nocte apropinquante a ſe inuicem diſceſſerunt.
Centum ex nris interemptis de hoſtibus autem
mille quingentos aſſerunt occidiſſe. Regnauit
xii autem annis duodecim. Et uiam uniuerſe car-
nis ingreſſo. Regno pfunctus eſt filius Balduyn'
hic diuino iudicio lepra percuſſus. Regnū nihilo-
minus ſtrenue rexit. Anno ſiquidem regni ei'
tertio cum trecentis ſeptuaginta equitibus circa
partes aſcalonie occurrens Sahaladino ipm cū
uiginti ſex milib; equitum in prelio ſuperauit
Sahaladino ipo cum parte exercitus fugiente et
aliys partim trucidatis ptim uinculis mancipa
tis de nris uero quattuor tantum uel quinq;
occubuiſſe dicuntur. In alio autem prelio circa
Tiberiadem cum ſeptingentib; equitibus occurrēs
Sahaladino qui uiginti milia equitum ſecum hrē
dicebatur effectus ſuperior mille ex hoſtib; inter-
emit. de nris autem pauciſſimi occiderunt. Cū
autem Rex propter eius predictam egritudinē
uxorem ducere noluiſſet. duas ſorores quas ha
bebat Sibillam primogenitam et Iſabellam iunio
rem duobus uiris Nobilibus genere dedit uxo
res. Sibillam dedit Guilielmo de longaſpata
Marchio montiſferrati Marchioni montiſferrati. Iſabellam uero tradi
dit dno Gufredo de Torono. mortuo autē pdicto

Guilielmo et relicto quodam filio ſuo paruulo cui no
men Balduynus, Rex p̄dictam ſororem ſuam tradi
dit cuidam adoleſcenti de pictauenſi comitatu .
Guidoni de leſino. Cui etiam eo q̄ infirmitate
nimium grauabatur totius regni adminiſtratōez
comiſit. Deinde u͛o regis indignationez incurrēs
procurationem et adminiſtrationem amiſit. rex
autem conuocatis Regni maioribus nepotē ſuūz
paruulum Balduynum in Regem inungi fecit
et tam ip̄m q̄ regni negocia prouidentie et tutelle
tripolitani comitis comiſit. Nonnullo tempore
poſt Balduyno Rege leproſo uiam carnis uniu͛ſe
ingreſſo Iuniori etiam Rege Balduyno defūcto
prefatus Guido procurante uxore ſua Sibilla ad
quam Regnum iure hereditario ptinebat ſublima
tus eſt in regem non requiſito aſſenſu comitis
Tripolitani qui totius regni procurator tūc erat.
Unde ualde indignatus preſertim cum ip̄e aſpira
ret ad regnum abſq; regis conſenſu cum quo Ra
ucorem et inimicitias contraxerat. cum Sahala
dino treuguam iniit et ut maiorem in regno et
contra ip̄m regem defenſionem haberet et noce
di materiam cum dn̄a Tyberiadis et totius Ga
lilee matrimonium contraxit. Unde facta eſt in
regno ualde piculoſa et p̄tioſa diſſenſio qui
buſdam comiti fauentibus alijs Regi adherentib᷒.

Capitulum lxxxiiii. Qualiter Sahaladinus con
tra nr̄os pugnauerit et bis eos ſupauerit.

ATtendens ergo Sahaladinus tanq̃ uir aſtutus
et in re militari exercitio et experientia ſuf
ficienter inſtructus q regnum in ſe diuiſu
fuiſſet deſolatum . et imenſo foramine uel fom
te diſcordie faciliter pateret ingreſſus / Et maxie
ſumpta occaxione . Eo q princeps montis regal
lis / et totius terre tranſiordanem treuguas quas
cum Sarracenis uicinis hebamus maximaz eoꝝ
predam aufferens confregerat . Ex omnibus
ſibi ſubiectorum regionibus multitudinez pugna
torum congregauit . Ex egipto Arabia . Damaſ
co . Alapia . et Meſopotamia / tam equites q
pedites contra nos conuocando / dicitur autem
quinq̃ginta milia equitum exceptis peditibus
in comitatu ſuo ſecum traxiſſe . Premiſit at
ante faciem ſuam decem millia equitum ellectoꝝ
qui per terras comitis Tripolitani qui tunc treu
guas cum Sarracenis habebat . p partes . ſ. Tibe
riadis et Nazareth uſq ad ſuburbia Accon tra
ſierunt . ut more ſuo noſtros prouocarent ſi forte
incaute uel in ordinate proſequentibꝫ nris poſ
ſent eos perimere . uel captiuos retinere . Nec
effectu caruit aſtuta impiorum machinatio .
Machinatio . magiſter eminim militie templi
cum fratribus ſuis pluſq̃ ſeptuaginta incaute
egredientes . cum magro hoſpitalis qui cum
fratribus decem de quodam caſtello ſuo Belucor
reuertebatur interclusi ſunt ab eis iuxta caſale

Roberti. Licet autem non niſi centum uiginti
milites in comitatu ſuo haberent decem milibus
Sarracenorum uiriliter reſiſtentes. multis ex
eis Interfectis. Ipi tandem fere omnes interfecti
ſunt uel retenti. Magiſtro templi cum paucis
fuga erepto. magiſtro uero hoſpitalis trucidato.
Primo die may cruentam reportauerunt de
nris uictoriam. Ex quo facto audaciores effecti
Sarraceni menſe Iulio ſequenti omnibus ui-
ribus ſuis in unum congregatis. Vltimam Regni
noſtri ex parte damaſci ciuitatem Tiberiadem
uidelicet obſiderunt. Iam enim comes Tripo-
litanus cuius erat ciuitas a Sarracenis ruptis
treugiis receſſerat. eo quod ſibi imponeretur quod con-
tra regem et regnum mala plurima machinans
Sarracenis confederatus fuiſſet. Muniverat
igitur predictam urbem contra Sarracenos et
uxore ſua in preſidio relicta. dominus autem Gui-
do Rex Ieroſolomitanus et Raymondus co-
mes tripolitanus cum omnibus fere totius
regni viris Nobilibus cum equitibus et peditibus
quot quot habere potuerunt ſiniſtris omnibus al' omnibus
diuini fauoris auxilio deſtituti. Sahaladino
et ſuis occurrentes. Tentoria ſua circa Seffo-
ritanum fontem Locauerunt. De multitudine
ſiquidem ſua. plus quam de diuino auxilio co-
fidebant. a primo enim introitu Latinorum
in terram ſanctam nunquam tot milites in uno et

prelio congregare nequiuerunt. Erant enim
mille ducentum milites loricati. peditum autem
cum armis arcubus et baliſtis circiter uiginti
milia expeditioni infauſte interfuiſſe dicuntur.
Die autem ſequenti dum nostrorum exercitus uer-
ſus obſeſſam ciuitatem progrederetur. Copio-
ſa equitum leuiter armatorum multitudo de
exercitu Sahaladini a deſtris et a ſiniſtris no-
ſtros proterue nimis infeſtans ſagitis et ſpi-
culis tam equos quam equites ſine intermiſſione
uulnerans in loco arido et inaquoſo exerci-
tum nostrum castra locare. et tentoria figere coe-
git. Quod prudenter attendens Sahaladinus
prius quam ad aquas peruenire noster exercitus
potuiſſet iuxta Thornum hetin ordinatis ſe-
cundum militarem diſciplinam aciebus
nostris tam equitibus quam equis ſiti arentibus di-
micaturus hoſtiliter occurrit. Erant autem
dies feruentes ualde. Menſe enim Iulio et
quarto nonas eiuſdem in feſto tranſlationis
ſancti Martini anno incarnationis milleſimo
centeſimo octuageſimo ſeptimo tradidit et
dominus populum christianorum infinitis eorum peccatis
exigentibus in manus impiorum adeo quod
nostri ſubito terga dantes inimicis fere omnes
a maximo uſque ad minimum trucidati ſunt
uel captiuitate detenti. In tantum enim for-
midine et puſilanimitate humiliauit eos

dñs. Qz unus ex hostibus uersa uice centũ perse-
quebatur. Et nrĩ quidem arma sua turpiter pro-
icientes in manibus inimicorum se ipos gratis
tradebant. Facta autem magna strage occisoꝝ
Guido de lisimaco Rex. Jerosolimoꝝ et magistʳ
militie templi cum multis alijs tam maioris
q̃ minoris ordinis in captiuitate detenti abierũt
absq; fortitudine ante faciem subsequentis.
Vt autem certis Indicijs et euidentibus signis
dñm sibi terribiliter offensum agnoscerent
et protectionis diuine clipeum ab ipis recessisse
non dubitarent, lignum salutifere crucis qd die
illo tenebroso secum in prelio detulerant lamẽ
tabili infortunio amiserunt. Sahaladinus aũt
existimans Templariorum et hospitalium or-
dines prorsus in partibus dellere quotquot ex
ipis capere potuit decapitari precepit.

Amissio ligni sancte crucis

Capitulum lxxxxv. qualiter Sahaladinus
Ciuitates et munitiones nostras optinuit.

QVi autem de christianis casu aliquo
euadere potuerũt qui etiam in ciuita-
tibus et munitionibus remanserunt,
longo tempore post dictum infortunium uelut
mulieres meticulosi facti sunt. Et emarcuit
cor eorum. Ita q̃ plures ex ipis paucos Sarra-
cenos non audebãt expectare. Unde statim post
predictam uictoriam Sahaladino ante Accon ue-
nienti saluis psõis suis resignauerũt ciuitatẽ.

Inde uero Berithum tranſiens abſq; contradictõe
eandẽm a ciuibus deſperatis recepit . Biblium
abſq; ulla difficultate obtinuit ab accon uſq; ad
Aſcalonam de maritimis ciuitatibus . nulla ei
auſa fuit reſiſtere . Aſcalonite autem eo q; i expu-
gnabilem credebant eſſe ſuam ciuitatem curſũ
eius pauliſper retardantes ei reſponderũt q;
ciuitatem ſuam ei non relinquerent donec certi
eſſent utrũ Jeroſolitani ciuitatem ſuam retinẽnt
uel reſignarent . Poſtq̃ autem ante Jeroſolimam
ſua fixit tentoria hac conditione ſibi tradiderũt
Ciuitatem q; liberi cum his qui ſecum defferre
poſſent egrederentur et uſq; in terram ſecuri-
tatis ab ipo deducerentur . Sic igitur de manib;
inimicorũ euadentes poſtq̃ tripolim deuenerũt
in manus deteriores prophanas et ſacrile-
gas inciderunt . Quicquid enim ſecum detu-
lerunt comes Tripolitanus Boÿamondus cũ
al' Raymondus
ſatellitib; ſuis filijs Belial qui predictis exulib;
fratrib; ſuis compati debuerũt prorſus abſtu-
lerunt crudeliores ſarracenis ſe ipos chriſtiãis
exibentes . Ex quo illud mirabile et a ſeculo ĩ
auditum referunt ibi accidiſſe . dum quedam
matrona paruulum ſuum ſecum ſupra hume-
rum defferens ab impijs hoſtib; ſpoliaretur .
Nulli enĩ ſexui uel conditioni parcebat nec
etiam pudenda pſcrutari erubeſcebant atten-
dens mulier illa q; ea que pro ſe et filio ſuo ni-

triendo Sarraceni ſibi relinquerant / hij ad quos con-
fugerant rapiebant, ſupramodum perturbata, et ſpiritu
triſtitie et deſperationis abſorta / proprium filium
in mare proiecit. Predictus autem Sahaladinus
ab Aſcalona reuertens hac conditione ciuitatem
recepit, quod Regem et magiſtrum templi quos captiuos
tenebat reſtitueret libertati. Inde uero non ſegnis
nec piger uſque tripolim pertranſiens uidens ciuium
multitudinem cum his qui ad ciuitatem confu-
gerant ad reſiſtendum paratam, credens quod de
manu eius ciuitas non poſſet euadere ſi tempore
oportuno poſtquam occupaſſet munitiones reuer-
teretur uerſus Antiochiam curſum direxit /
preſertim quia tunc temporis circa munitiones ma-
ritimas non uellet multum laborare. Ego quod pir-
ratarum princeps in mari potentiſſimus quem
Margaritam nominabant. de Regno Sicilie cum
octuaginta Galeis ad noſtrorum ſubſidium aduene-
rat. miſſus a Strenuo et Illuſtri rege Guilielmo
hic enim poſtquam lamentabilem caſum regni Iero-
ſolomitani audierat ab his qui ad partes illas in
nauibus confugerant. confeſtim eadem eſtate
non ſolum predictas Galeas ſed quingentos
equites. et Turcupullos trecentos / et uictualia
abſque extimatione tranſmiſerat ad ſubſidium
reſidue terre vir venerabilis et deo deuotus.
Sahaladinus autem fortunam ſuam impetu ſui
ſpiritus non ſegniter urgens infra trium menſium

ſpatium totum obtinuit Antiochenum principatū
Excepto caſtro in expugnabili dñi Anthiocheni pa
triarce quod curſatum appellant et ciuitate an
tiocena a qua data ſibi multa pecunia a dño patri
archa receſſit. ſpem certam et fiduciam hñtes
q̄ alijs circumquaq; occupatis munitionib; ciui
tas ſola repugnare non poſſet. Ipē enim plus q̄
uiginti ciuitates et oppida in pdcto principatui
ſue ſubiecerat dictioni. Reuertens igitur in regnū
Ierosolimitanum ciuitatē Tyrenſem que ſola
ex ciuitatib; omnib; regni remanſerat terra et
mari cum innumerabili exercitu obſidione ual
lauit. Erat autem tempeſtate illa in Ciuitate

Marchio montiſferrati.

Tyrenſi vir nobilis et armis Strenuus Conrad⁹
marchio montiſferrati. Nam eadem ut dicitur
die qua nr̄i in dicto prelio corruerunt ipē de con
ſtantinopoli ueniens illuc nauigio deuenit. hic
autem ciuibus promiſit q̄ defenderet ciuitatē
ſi eam poſt eius liberationem ſibi concederent
poſſidendam. Ciues autem libenti et grato aīo
eius ~~eius~~ annuerunt petitioni. Nam et ipi quaſi
deſperati nullo modo poſſe reſiſtere fortitudini
Sahaladini credebant qui uniuſam iam undiq;
occupauerat regionem. Ipē autem ex parte terre
uiriliter Sahaladino reſiſtens, Ex parte maris
galeas eius igne ſuccendit. Unde Sahaladinus
turbatus ualde et iratus ſoluta obſidione ſtatim
receſſit. Ipē enim abſq; expenſis magnis et damno

et sine aliqua sanguinis effusione credebat eos et augustiare et ad deditionem compellere. Et re uera facile hoc fecisset nisi deus aliter prouidisset. nam castra munitissima Sapher Belueoir sine bellum uidere. Turonum et Belfort que in montanis sita erant ipse ad deditionem compulit. Licet aliquo tempore quod diu uictualia habent restitissent. Quomodo enim pauci et perterriti et impotentes omnes tam potenti principi resisterent quando non solum terram egipti sed uniuersam fere Siriam proprie subiecerat dictioni. que a Tigride fluuio initium usque in Egiptum protenditur et a Cilicia usque ad mare Rubrum.

Capitulum LXXXVI. Descriptio Sirie et partium eius enumeratio.

PRima siquidem pars eius que inter Tigridem et Eufratem media interiacet Mesopotamia Sirie nuncupatur. Secunda eius pars cellesiria specialiter dicitur, in qua sita est Antiochia cum urbibus suis suffraganeis et usque ad Riuum uacantem Margath. (al' uocatum) Tercia autem Sirie pars Siria maritima. Siria phenicis nominatur in qua Sita est tripolis et Tirus et Accon habens initium a predicto Riuo finem uero ad lapidem incisum qui dicitur districtum hodie uero castrum peregrinum nominatur. Quarta pars eius dicitur Siria libanica in qua situs est mons libanus dicitur etiam Siria

damaſſenā. nam metropolis eſt damaſcus quanq;
tamen ſimpliciter Siria appellatur noie toti⁹
parti attributo. ut ibi caput Sirie damaſcus
Tres etiam paleſtine maioris ſirie partes ſt
prima cuius metropolis eſt ieroſolima. Et hec ps
ſpecialiter iudea appellatur. Secunda cuius eſt
metropolis Ceſarea maritima, et continet tota
terram philiſtinorum. Tertia cuius metropo-
lis eſt chitopolis cui hodie dicitur Bethſan. St
inſuper Sirie partes utraq; arabia. Prima cui⁹
metropolis eſt Boſtrum. Secunda cuius metro-
polis eſt Sobal. Nouiſſima autem pars eſt
Idumea reſpiciens ad Egiptum. Tantum igit
et tam potentem aduerſarium tot regna ſub
ſe habentem tantorum capitum belluam pro
peccatis noſtris, tanq̄ diuine ultionis flagel-
lum, contra nos dn̄us Suſcitauit.

Capitulum. LXXXX°VII. De comotione occide-
talium populoꝝ. et qualiter ſignati ſunt
ad Succurrendum terre ſancte.

INterea rumores ſiniſtri et caſus lamen-
tabiles uniuerſas regiones occidentales
concuſſerant, omnibus qui audierant
admodum conſternatis, et quaſi graui uulnē
doloris inmenſi ſauciatis. Pre omnib; aut
uenerabilis pater vrbanus qui ſancte Romae
ecclie tempeſtate illa preerat ſumus antiſtes
merens et inconſolabiliter dolens, q᷑ preſertim

temporibus ſuis orientalis ecclia tan. miſerabi-
lem deſolationem et tam irreparabilem incurriſ-
ſet ruinam audiens Sancta pphanari et a ca-
nibus imundis conculcari pretioſum ſalutiſe-
re crucis ſignum ab ipis et imondis et indignis
hominibus detineri et contractari. Terra ſan-
ctam tanto christianorum Sanguine liberatã
et rurſus ab infidelibus et prophanis hominib;
occupari pturbatõe doloris et meroris anſieta-
te febrem incurrens non multo poſt partim
febre ptim tedio et langore uitam finiuit.
Cui ſucceſſit in pontificali dignitate vir hone-
ſtus et omni exceptione dignus Gregorius q
peccatis nris ſic exigentib; poſt ſeptem ebdo-
modas in fata deceſſit. Poſt quem ad apicem
ſumme et applice dignitatiſ ſublimatus eſt
Clemens tertius. hic modis omnibus cũ frib;
ſuis cardinalibus laborauit ad christianoruz
ſuccurſum qui pauci remanſerant tanq̃ oues
inter lupos. et ad terre ſancte liberationem
inuitans amonens et obſecrans occidentales
principes et omnes christi fideles. et plenam
remiſſionem oium peccatorum ſuorum iniũ-
gens quibus christi ecclie et ciuitati redemp-
tionis nre induti uirtute ex alto ſuccurrere
non differret. Ex quo factum eſt q imperator
Romanorum Fredericbus. et Rex francie
Filippus. et Anglie Rex Ricardus et omnes

fere principes duces. Comites. Nobilesq; eis ſu-
biecti una cum archiepis. Epis. Abbatibus et
alijs ecclaſticis pſonis cum inferiori populo cui
non erat numerus uiuifice crucis ſigno humeris
appoſito ſuis ad terre ſancte Succurſum uoto ſe
ſe ſolemniter aſtrinxerunt uerbo et exemplo inuice
exhortantes et alios inuitantes et incitantes et
adeo q dedecus et ignominioſum uideret ſi tanq
deſides et ignaui alijs proficiſcentibus ipi domi
remanerent.

Capitulum. Lxxxx.viii. de obſidione et recuperatione Ciuitatis Accon et de hijs que acciderunt In exercitu.

Sequenti autem Eſtate poſt amiſſione terre ſancte. cum Rex Guido ciuitatem Tirenſem non poſſet recuperare eo q p dictus Marchio qui eam liberauerat ſibi propria ex pacto uindicauerat nec de toto regno ſuo Saltem unum caſale remanſerat ubi caput reclinaret indutus uerecondia et confuſione preſertim cum terra ſancta ſub ſuo amiſſa eſſet regimine quaſi de uita ſua non curaret cum paucis ualde quos colligere potuit Acconenſem ciuitatem obſedit in Torono aliquantulum eminenti quod e iuxta ciuitatem tentoria ſua collocando. Erat autem frater eius cum eo Gaufredus de Liſinio vir aioſus et in armis ſtrenuus qui gratia fratris ſui omnes alios preceſſerat peregrinos. Poſtq aut

reſ innotuit Sahaladino dicitur grãs retuliſſe
deo ſuo eo q christianorũ reliquias cum rege
ſuo in manu ſua concluſiſſet. Et re uera non
ſolum Sahaladino cum inumera ſui exercitus
multitudine. Sȝ hys qui in ciuitate erant tam
pauci homines diu reſiſtere non ualuiſſent. Cumq;
dicerent Sahaladino eius pncipes quatenus pre
dam ſibi a dño oblatam capere feſtinaret reſpo-
diſſe fertur q cum iſti euadere non poſſent frem
ſuum quem uenturũ in pximo expectabat ut
gaudy eius et uictorię eius participes eſſet uel
let expectare ipe tamen non multis diebus poſt
per experientiam didicit q ſemp nocuit differre
paratis. Nam uir Nobilis et in dei ſeruitio pro-
batiſſimus Iacobus de Auernis cum multitudine
nauium quas Eſtioches appellant adducens ſecũ
Flandrenſes. Brabantinos. et Friſones oportuno
tempore adueniens ſua ante Accon fixit tentoiã
Multitudino inſup Nobilium et aliorum de cã-
pania et Burgundia necnon quidem de Italia uenert
non Longo tempore poſt ante predictam applicu
erunt ciuitatem. Ut autem ſubitas et iprouiſas
poſſent Sarracenorum euitare incurſiones et
irruptiones ſua caſtra undiq; foſſato munierũt.
Quantas autem tribulationes et anguſtias quot
pericula et detrimenta anteq uenirent. Reges
Francię et Anglię perpeſſi ſunt longum eſſet
enarrare. Nam eorum machinas frequẽt Sarracẽ

combuſſerunt. Multos autem ſagittis et ſpi-
culis letaliter uulnerantes frequenter occi-
derunt. Plures autem in edia et labore et
aeris corruptione uitam in Sabulo ante
ciuitatem finiere. Videntes itaq; nri q facı
le ciuitatem expugnare non poſſent pſer-
tim cum hij qui in ciuitate erant acriter
reſiſterent. Sahaladinus uero cum exerci-
tu ſuo nros exterius ex parte foſſati mltipli
citer infeſtaret. Die quadam contra hoſtes
pugnaturi exierunt. Sarraceni autē licet
Longe plures eſſent expectare tamen nros
non audentes castris ſuis relictis fugerūt.
Noſtri uero cum iam ad caſtra ſarracenoꝝ
abſq; contradictione aliqua perueniſſent,
iuſto licet occulto dei iudicio commoti et per-
territi nullo inſequente fugere ceperunt. Q
uidentes Sarraceni fiduciam ſumentes et
ad audaciam reuerſi ad noſtros poſteriores
cedere. et ſagittis tam equos q equites uulne-
rare ſine intermiſſione ceperunt. Paucos
autem de nobilioribꝫ qui turpe et ignonimio
ſum reputabant terga dare multitudine
ſua concludentes Sarraceni occiderunt. Int
quos magr militię templi. et Andreas co-
mes Brenenſis cum alijs q pluribus die illo
ceciderunt. hij autem qui in ciuitate erāt
exeuntes et nris in reddıtu occurrētes mltos

interimerunt. Tanta erat gentis nostre co-
fusio et pturbatio tantus timor fugientes
inuaserat, q uix de omnibus qui exierant
aliquis ut dicitur euadere posset nisi uir stre-
nuus et in armis exercitatus predictus Gual-
fredus de Lisinio, qui ad conseruanda castra
remanserat, cum hys quos secum hebat nostris
succurrere festinauit. Dicunt autem casu
mirabili die illo tantam nris accidisse con-
fusionem. Dum enim equus quidam a dno
suo fugiendo euasisset, quibusdam inseqn-
tibus et clamantibus crediderunt aly nros a fa-
cie inimicorum fugere. Et ita omnibus fere
fugientibus ad tentoria sua cum maximo et
dedecore et christianitatis detrimento redi-
erunt. Cum autem per annuz et dimidium
nostri qui precesserant, imperatorem et reges
expectassent, et alios subsecuturos principes,
tanta fames et penuria exorta est in exer-
citu nro. q Equorum carnes et cadauera mo-
tuorum aialium compulsi sunt comedere.
Modius enim frumenti qui tempore pacis et
pro uno bisancio hebatur, sexaginta bisacys
uendebatur. Ex quo factum est q pedites de
exercitu tantam penuriam amplius substinē
renuentes, contra mandata maiorum usq
ad triginta milia contra sarracenos exisset
ut ad castra eorum uictualia deportaret, hostes

autem aſtuti fugam fraude ſimulantes īcautos ho
mines non ſolum uictualibus ſed auro et argento
et uaria ſuppellectile onerari permiſerunt. Cum
itaq; ſubſarcinati et īmenſis ponderibus pergra
uati reuerterentur exultantes. Cithara eorum
ſubito conuerſa ēt in luctum. Et extrema gaudij
Luctus occupauit. Sarracenis enim cum impetu
et magno clamore ſubſequentibus non eſt inue
tus uel unus qui reſiſteret inimicis, non ſolū
aurum et argentum ſed etiam arma proicientes
inimicis omnes fere uel in uia proſtrati ſunt
uel in mari fugiendo ſubmerſi de his autem
qui euadere potuerunt multi pre timore in in
ſaniam uerſi ſunt. Sic igitur eorum murmur
et inobedientiam dnūs puniri permiſit. his
autem diebus Sibilla predicti regis Guidonis
uxor in exercitu uiam uniuerſe carnis ingreſſa
eſt. unde Regnum ad Sororem eius Iſabellam
et uxorem viri nobilis Gualfredi de Torono
Iure hereditario deuolutum eſt. Quod attendēs
montiſferrati marchio qui iam Tirum ut dēs
eſt occupauerat, ambitione et regni cupiditate
p motus Iſabellam ipam viro ſuo auferens cū
ea de facto matrimonium contraxit. Licet aūt
pegrinis tantum ſcelus diſpliceret predicto viro
nobili Gualfredo ſatiſfacere diſſimulauerunt
eo q non niſi p manus marchionis a Tiro uictua
lia uenalia haberent. Ipē etiam muneribus qſdā

ex maioribus corripuit . ut ſibi fauorē preſtaret.

Capitulum lxxxx.viii. De morte Imperatoris Federici et de aduentu . Regis Francie et Regis Anglie et de captione . Accon .

CUmq; hec in exercitu ab hys qui preceſſe
rant uarie agerentur . Imperator Ro
federicus cum uirtute magna et inume
ra multitudine per terram profecturus iter arri
puit . Egreſſus autem de ultimis alamanie fini
bus tranſiens ungariā . Bulgariam . Macedoniā
et Greciam per Sarracenorum terras in manu
potenti et brachio extento ſubiugatis ſibi ycomo
Phylomena et alys pluribus ciuitatibus uſq; in
armeniam peruenit ubi dum eſtu maximo bal
neandi gratia in fluuium quem fretum incole
appellant deſcendiſſet caſu flebili ſubmerſus
et ſuffocatus in aquam peccis exigentibus interijt
in totius cheriſtianitatis detrimentum . Adeo eiū
aduentum eius Sabaladinus metuebat q muros
Laudocie et Gabelli . Tortoſe et Bibly . Berithi
et Sydonis eo q partes illas imperatorē tranſi
turum putabat dirui precepit . Solis muni
tionibus opidis uidelicet et Turribus reſeruatis .
Sed et Rex francie filippus et Ricardus Rex
Anglie poſtq Brunduſij poſteriores ſui exercitus
expectantes hyemauerunt . Vere ſubſequenti
cum nauibus et Galeis cum equis multis et belli
cis inſtrumentis et copia uictualium portui Accon

applicantes nroꝝ exercitum imenſo gaudio reple
uerunt . Rex ſiquidem Francie cum ſuis prior
aplicuit . Nam Ricardus Anglie Rex Inſulā
Cipri Grecis in ea cōmorantibus deuictis in ad
uentu ſuo ſubiugauit . Obſidentes igitur ci
uitatem / et ex omni parte vallantes per totam
illam Eſtatem continue impugnauerūt / hijs
qui intus erāt cum uirtute magna reſiſtētibus .
Petrarias enim petrarijs opponentes / et machinas
confringentes nras . Igne etiam greco caſtella
Lignea que nri cum expenſis magnis fabricaue
rant ſuccēdentes multas nris moleſtias infe-
rebant . Cum autem quadam die nouos et re-
centes pugnatores / cum armis et uictualibus
in naui maxima quam dōmum nominant Sa
haladinus in ciuitatem iniceret . Rex Anglie
cum galeis iuxta portum ei occurrens / Nauem
cum militibus ſubmerſit in profundum cum
magna christianorum exultatione / et maxima
Sarracenorum confuſione . Nam preter alia qbꝫ
nauis onerata fuerat / dicunt qꝫ in ea erant qdaꝫ
Serpentes quos in exercitum nrm mittere propo-
ſuerant / et pp hec multum nros dampnificare ſpe
rabant . Rex autem francie Filippus diebus
ac noctibus ſine intermiſſione muros ciuitatis
Turres et moenia Immiſſis mollaribꝫ concutiēs /
Interius autem machinas hostium / domos / edi
ficia qꝫ confrangens / et ſubuertens requiem

negabat obſeſſis. Sed et Rex Anglorum ab alia
pte frequentes et piculoſos inſultus incluſis
acriter inferebat. Cum igitur ex continuis et
uiolentibus mollatum concuſſionibus et agita
tionibus murus ciuitatis rumperetur. attende
tes incluſi q diu reſiſtere iam non poſſent. hac
conditione reſſignauerunt ciuitatem ut saluis
perſonis et liberis exirent. et ob hoc ſanctam
crucem quam in prelio perdiderant christianis
ſe reſtituere promiſerunt. Sed cum eam inuenire
non poſſent. Iratus Rex Anglorum et indignatus
omnes illos qui in partem eius ceſſerant trucidari
iuſſit. Rex autem francorum captiuos ſuos pro
redemptione noſtrorum quos Sarraceni tenebat
captiuos in uinculis reſeruauit temperatius et
mitius agens pro nris. Rex autem Anglorum
magis damnificauit et debilitauit inimicos
multis milibus interemptis qui plurimum in po
ſterum nocere potuiſſent christianis. Videns t
itaq Sahaladinus captam eſſe ciuitatem et ma
gnam partem ſuorum interemptam conſterna
tus aio nec hns ſpem q alias ciuitates contra
nos retinere ualeret. Muros maritimarum
ciuitatum. ſcilz profirie: Ceſaree: Ioppen mu
niuit. Qua poſtea a Sahaladino obſeſſa Rex
per mare cum Galeis feſtinans exercitu ſuo per
terram cum difficultate magna ſubſequente ſuc
currens obſeſſis. Exercitum Sarracenorum re

mouit Sarracenis autem ualde confuſis et per
territis et a facie noſtrorum cum principe nro
fugientibus non ſolum regnum Jerolitanum ſꝫ
partem magnam Sarracenorum nri facile po
tuiſſent aquirere niſi humani generis inimicus
tantis ppli xpiani ſucceſſibus inuidens zinzania
ſupſeminaſſet. Inmiſit enim inter reges emu
lationem et diſcordiam Et facta eſt contentio
inter principes. Et errare fecit eos in inuio et non
in uia. Venantes enim ppriam gloriam. Et que
ſua ſunt. non que ieſu chriſti querentes inuicem
detrahendo et inuidendo Letificauerunt inimi
cos ſuos magnam autem chriſtianoꝝ pplo con
fuſionem induxerunt. Adeo autem ab initio Ran
cor et inuidia et diſcordia inter reges inualue
runt, qꝑ plerumqꝫ quando Rex franchorum cōtra
ciuitatem inſultus ex una parte faceret. Rex
Anglie ciuitatem impugnare. ſuis prohibebat
Quotquot autem de principibus et Baronibus
francie muneribus uel promiſſionibus allicē
ſibi poterat latenter atrahebat. Unde Rex fran
cie turbatus ualde et comotus et maxime quia
egritudine quadam laborabat. Relicto duce
Burgondie cum parte exercitus Loco ſui ſtatim
poſt captionem Acconenſis ciuitatis receſſit
In hoc tamen minus ſapienter egit, quia ſuum
prepropere nimis redditum propallauit. Naꝫ
Sabaladinus ut dicitur totam terram noſtram

libenter nobis reddidiſſet. Si reges tantum mō
ſaltem ſimulaſſent ꝙ terram eius unanimiter
uoluiſſent inuadere, et inter ſe pacem et concō
diam habere.

Capitulum. Centeſimum de his que acciderunt
nris poſt captionem Accon. et poſt Regis fran
cie receſſum. uſq ad aduentum Jeroſolomitani
Regis Johannis qui fuerat dnus Brennenſis.

Rex igitur Anglie cum exercitu ſuo et
Dux Burgundie cum exercitu franchoꝝ
Reſſiduo ieruſalem obſeſſuri ab Accon
uerſus Joppen procedentes multa in itinere per
tulerunt incomoda. Sabaladino enim cum mi
litibus et tropolis Innumeris posteriores in
ſequentibus a deſtris etiam et a Siniſtris imbrē
tellorum īmittentibus Sarracenis, nri cum ma
xima difficultate Aſſur oppidum quod inter ce
ſaream et Joppen ſitum eſt puenerunt. multis
tam ex equitibus q̄ ex equis grauiter uulneratis.
Ipō etiam Rege Ricardo tello quo Sarracenico
in uia illa ſauciato. Noſtri autem iuxta pdictū
caſtrum Sarracenos ut eis uices impenderet
acriter inuadentes et ipis terga dantibus Inſi
ſtentibus multos ex eis occiderunt. Sed non ſiē
graui damno chriſtiani exercitus. Nam die
illo cecidit miles nobilis et in armis Strenuus
Iacobus de Auernis multiqꝫ cum illo felici mar
tirio coronati occiderunt. Qui ſeorſum noſtris

quodam

ignorantibus cum Sarracenorum multitudine
pugnabant . Sabaladinus autem cum hys fuge 97
presidio euadere potuerunt in Ierusalem se
recepit . Nostri autem in quodam loco qui bethe
nuble dicitur inter Ioppen et Ierusalem castra
Locauerunt . vt inde proficiscerentur Ierusalem
obsessuri . In eodem autem loco nunciatum est
Regi Ricardo / quod de partibus Egipti / cum mulis
et Camellis et equis innumeris uictualibus
et alys bonis oneratis ad exercitum Sabaladi
maxima ueniret Carauana . Ipse autem illis
occurrens et iter nocte latenter arripiens ma
ximam predam secum ad exercitum adduxit
In magno tamen periculo reliquerat exercitum .
Nam maiorem partem militum secum trahens
paucos ualde respectu eorum qui cum Saba
ladino erant reliquit . habito post hoc consilio
quod nisi tempore hyemali obsiderent Ioppen
non sine graui et manifesto periculo uictualia
ad exercitum deportare ualerent / cum multis
lacrimis / et immensa tristitia maioris partis ex
ercitus mutauerunt propositum . nam a multis
dicebatur et ab hys maxime qui statum Sarra
cenorum plenius agnouerant / quod exercitum nostrum
numquam Sabaladinus expectasset / nec poterat
inuenire qui in ipsa ciuitate eo recedente in
clusi uellent / uel auderent remanere exemplo
Acconensium perterriti / quibus non potuit

ſuccurrere Sahaladinus / qui etiam ipos captos
ptim trucidari ptim captiuari pmiſerat / cum
ipos potuiſſet redimiſſe . Rex igitur Anglorum
cum exercitu ſuo pergens ad Aſcalonam muros
eius et Turres per totam illam hiemem cum
labore magno et expenſa reparare non ceſſa-
uit . Et oppidum Darum rehedificans muni-
uit . Gazam uero reparatam tradidit Templa-
riys ad quos pertinebat / ut ipam cuſtodirent .
Dux uero Burgundie cum his qui de regno
francie ſecum remanſerat / eo q non bene cu
Anglicis conueniebant . Tyrum ibidem cum
Marchione hyemauit . Vere autem ſequente
cum iterum Bethenuble ambo exercitus ut
Ierusalem obſiderent peruenissent . Rex Ricar-
dus in virum alterum immutatus dixit q mois
omnibus uellet repatriare / hanc pretendens
occaſionem / q frater eius Iohannes ad Regnu
aſpirans . Iam ptem terre occupaſſet . Ex alia
uero parte Regem francie qui ab illo iratus re-
ceſſerat non imerito ſuſpectum habebat / me-
tuens ne ducatum Normandie Rex Filippus
in eius abſentia inuaderet uiolenter / hys igitur
auditis rumoribus Sarraceni exultantes
et quaſi de graui ſomno excitati corda reſump-
ſerunt . Noſtri uero confuſione / et dolore in-
duti recuperationis terre ſancte / ſpem totaliter
amiſerunt / gementes pariter et lugentes / eo

quod ſacrificij ſui cauda ſublata labores ſui inco
ati et non perfecti quaſi annichilari uiderentur.
Si autem receſſum ſuum aliquanto tempore
Rex Anglorum abſcondendo diſtuliſſet, opti
mas conditiones et treuguas bonas et hono
rabiles apud Sarracenos inuenire potuiſſet.
Ipſe autem in detrimentum totius chriſtiani
tatis ſicut homo impetuoſus erat ad receſſum
aſpirans et feſtinans quaſcumque Treuguas
Sahaladinus uoluit offerre abſque conditione
et difficultate recepit. Ex quo factum eſt
quod Aſcalonam et Darum et Gazam noſtri
diruere compulſi ſunt ſecundum treuguarum
conditionem et tenorem. Darum quidem
et Aſcalona. Gaza et tota terra uſque Ioppen
in parte Sarracenorum ceſſit. Ipſi autem Iop
pen et aliam maritimam uſque Accon nobis
reliquerunt ex pacto ſcientes pro certo quod mu
nitionibus deſtructis terram planam diu con
tra ipſos exercitu retinere non poſſemus. In
terim autem Marchione montiſferrati illuſtri
Conrado a quibuſdam Baptizatis Sarracenis
quos in domo ſua nutrierat interfecto. Comes
Campanie henricus ad ſubſtentationem Regis
Anglie cum uxore illius Iſabella matrimonium
contrahens in terra remanſit. Rex autem An
glorum dum recederet in alamannia captus eſt
et ab imperatore detentus donec maxima pecunie

Morſ marchionis montis ferrati

ſuma redemptus uix tamen euadens in Anglia
peruenit. Comes uero henrichus licet cum Re-
gina contraxiſſet. Accon et Tiri dominium
adeptus coronari tamen et Rex fieri recu-
ſauit. Nam et ipſe ſicut alij ad redditum aſ-
pirabat. Ex quo factum eſt, quod cum aliquot
annis in terra permanſiſſet, et omnibus pre-
paratis repatriare uellet, cum de feneſtra
ſue domus reſpicere uellet in foſſati ciuita-
tis Acconenſis pauimentum decidens ceruı-
cibus confractis expirauit. Almerichus autem
Rex cipri frater Guidonis de Liſinio iam
defuncti cum Regina Iſabella matrimonio
copulatus post predictum comitem dominium
terre et adminiſtrationem ſuſcepit. Poſt
receſſum autem Regis Anglie et Aliorum
peregrinorum, in quanto periculo chriſtia-
norum paucitas et reſiduum terre ſancte
remanſerunt, cito nobis oſtendiſſent Sar-
raceni, niſi mortuo Sahaladino, inter ipſos
facta diuiſione multiplices ex horte fuiſſent
diſcordie et inimicitie ualde neceſſarie chri-
ſtianis: Nam filijs Sahaladini patruus
eorum .ſ. frater illius omnia Regna excepto
Alapie Regno auferens aliquorum Sarra-
cenorum animos propter hoc contra ſe pro-
uocauit. Noſtri autem contra ipſum aliquid
attentare non poterant uel audebant. Pro

magno enim reputabant, licet ab ipsis multas
frequenter recepiſſent iniurias. Iuxta ipsos
quocumque modo uiuere et terre ſue reſiduum
conſeruare. Bibly tamen ciuitatem et mu-
nitionem quibuſdam Sarracenis eam nostris
ignorante Sahaladino reſignantibus data
pecunia recuperauerunt illi ad quos iure he-
reditario pertinebant. Sed et Berithi ciuitas
cum oppido fugientibus ſarracenis qui eam
cuſtodiebant reſtituta eſt christianorum
potestati. Imperator enim Romanorum henricus
alamanorum multitudine miſſa ad terre
ſancte ſuccurſum treuguas ſoluere precepit.
Ipsis autem in partibus Tiri munitionem
que Turonum dicitur obſidentes cum ob-
ſeſſi ſaluis perſonis caſtrum reſignare uo-
luiſſent. Nocte una munitionem recipere di-
ſtulerunt alamani. nam opidum et per-
ſonas non poſſe euadere de ſuis manibus
exiſtimabant. Sequenti autem die innumera
ſarracenorum multitudine ad caſtri ſuccur-
ſum concurrente confuſi nostri receſſerunt.
Cumque appropinquaſſet Berithum exercitus
Sarraceni qui in ciuitate morabantur, eis
ciuitatem et munitionem relinquerunt.
Audientes autem quod dominus eorum imperator
henricus obyſſet absque utilitate alia ad pro-
pria redierunt. Sed et quidam ex nostris ipsorum

fiducia prouocati. Ioppen contra Sarracenos
munierunt. Quibus in breui tempore, et
abſq; magna difficultate Sarraceni munitioēz
auffferentes Soletenus ipam diruerunt
illos quos intus reppererunt captiuos ſecū
ducentes, ex tunc treuguis reformatis quas
libenter Sarraceni concedebant, eo q fere to-
tum regnum Ierolomitanuz poſſidebant
et inter ſe maximas hēbant diſcordias et
graues inimicitias. Nec auderent nrīs lz
nimium afflictis, facile treuguas rumpere
uel aliquam penitus munitionem obſidere
uel diruptam reparare. Vnde non multo
tempore poſt. cum quidam nobiles de cā
pania precipue, et de alijs francie partibꝫ
tranſfretaſſent noſtris treuguas ſoluere
recuſantibus ipſi Antiochiam pergentes
ſub principe Antiocheno militaturi, qui
tunc guerram cum quibuſdam hēbat, a
Sarracenis inter Tripolim et Antiochiaz
capti ſunt, et detenti et in carcere Alapie
uinculis mancipati. Duabus tamen uicibꝫ
poſtq̄ dicti Alamani receſſerunt, noſtri treu-
guas cum Sarracenis rupperunt. Vna uice
aduenientibus quibuſdam nobilibus de regno
francie. Silicet Simone de monte forti viro
nobili et religioſo et in armis ſtrenuiſſimo
et fratre eius Guidone cum quibuſdam alijs

et cum comitiſſa Flandrie que uirum ſuum
fuerat ſubſecuta. Ipſe autem iam coronatus
erat imperator conſtantinopolitanus alia ui
ce quando mortuo rege Almerico et eius vxo
re. Comes Brenenſis Johannes ad regnū Jero
ſolomitanum uocatus tranſfretauit. heredē
Regni filiam Marchionis Conradi et Regine
Iſabelle ducens in vxorem. Parum autem aut
nihil profecerunt. Nam neq; munitionem a
liquam obſederunt neq; dirruptam reparaue
runt. Sed tantum in terra Sarracenorum eq
tantes quibuſdam caſalibus ſuccenſis pre
dam quandoq; abduxerunt. Statim autem
poſtq̄ dictus Johannes coronatus fuit et in Re
gem inunctus Sarraceni montem Tabor in
dedecus et detrimentum chriſtianorum, et
maxime ut ciuitatem Acconenſem amplius
coartarent contra nos munierunt. Noſtri
uero treuguas cum ſarracenis interim fir
mantes, cum multis oppreſſionibus et miſe
rijs gementeſ et dolentes de ſuperius. auxiliū
a deo inuocabant a Sancta Romana eccleſia
conſolationem et ſubſidium de die in diem
expectantes.

Laus Altiſſimo deo

NL

HISTORIA
IEROSOLIS
MITANA